4 ¶ Itē id quo aliquid operat: aut agit est principiuz ad qđ sequit operatio nō solum quantū ad eē ipsius: sed etiā quātū ad multitudinē aut mutatē: ab eodē. n. calore nō ē nisi vnū calefacere siue vna calefactio actiua: quāuis possit eē multiplex calefieri siue multe calefactōes passiue fm diuersitatez calefactoꝝ simul per vnū calorē: intellectꝰ autem possibilis est quo intelligit aia. (vt dicit Aristo. in. 3. de aia). si igit intellectus possibilis huius t illius hois sit vnus t idē numero: necesse erit ēt intelligere vtriusq; eē vnū t idē. (qđ pz eē impossibile). nā diuersorum indiuiduorum impossibile est eē operationem vnaz: impossibile est igitur intellectum possibilem eē vnum huius t illius. kr. 2. 5.

¶ Si aūt dicat q̄ ipsum intelligere multiplicat fm diuersitatē fantasmatū. ¶ Hoc stare nō pōt: sicut enim dictū est. vniꝰ agētis vna est actio q̄ multiplicat solū fm diuersa subiecta in q̄ transit illa actio. Intelligere aūt t velle t hmōi nō sunt actiones transeuntes in exteriorē mām. sed manent in ipso agēte quasi pfectōes ipsius agētis. (vt pz p Aristo. in. ix. metha.). nō pōt igit vnū intelligere intellectus possibilis multiplicari per diuersitatem fantasmatum. fo. Impro bario

2 ¶ Preterea fantasmata se bñt ad intellectū possibilē vt actiuū quodāmō ad passiuum. (fm q̄ Aristo. dicit in. 3. de aia). q̄ intelligere qōdā pati est: pati aūt ipsum patiētis diuersificat fm diuersas formas actiuoꝝ siue spēs: nō scōm diuersitatē eoꝝ in numero: in vno. n. passiuo fiūt simul a duobus actiuis. s. calefaciente t deficcāte calefieri t deficcari. nō aūt a duobus calefaciētibus: fiūt in vno calefactibili dupler calefactū: sed vnū tm nisi forte sint diuerse spēs caloris: cū. n. calor dupler vnius speciei nō possit eē in vno subiecto: motus aūt numeratur fm terminū ad quē: si fit vnius temporis t eiusdē subiecti. nō poterit eē dupler calefieri in vno subiecto: t hoc dico nisi fit alia spēs caloris: sicut ponit in semine caloꝝ ignis celi t aie: et diuersitate igit fāntasmatū intelligere intellectus possibilis non multiplicat nisi scōm diuersas species itelligentiā vt dicamus qualiter est eius intelligere prout intelligit hoiem: t prout intelligit equum: sed horum vnum intelligere simul ꝓuenit oibus hoibꝰ: ergo ad. b. sequet q̄ idē itelligere numero sit buꝰ hois t illiꝰ.

3 ¶ Adhuc intellectus possibilis intelligit hoiem nō scōm q̄ est b hō. sed inquantuz est hō simplr fm rōnē speciei. hec aūt ratio vna est quātūcūq; fantasmata hominis multiplicent: vel in vno hoie: vel in diuersis fm diuersa indiuidua hois quoꝝ propriē sunt fantasmata: multiplicatio igit fantasmatum non potest esse causa q̄ multiplicetur ipsum intelligere intellectus possibilis respectu vnius speciei. t hic adhuc remanebit vna actio numero diuersorum hoium.

4 ¶ Itē ꝓpriū subiectū habitus scie ē intellectus possibilis: q̄ eius actus est considerare fm sciam. Accidens aūt si sit vnuz nō multiplicatur nisi fm subiectū. si igitur intellectus possibilis sit vnus eius hoiuz: necesse erit q̄ scie habitus sit idem: secūdū speciem. puta habitus grāmatice sit idem numero in omnibus hominibus quod est inopinabile. non est igitur intellectus possibilis vnus in oibus. ¶ Sed ad hoc dicunt fo. q̄ subiectum habitus scientie non est intellectus possibilis: sed intellectus passiuus: t virtus cogitatiua. ¶ Quod quidem eē nō potest. (Nam sicut probat Aristo. in scdo ethico.). ex similibus actibus fiunt similes habitus t similes etiam actus reddunt. ex actibus autem intellectus possibilis fit habitus scientie in nobis: t ad eosdē actus potentes sumus scōz habitū scie. habitus igit scientie est in intellectu possibili nō passiuo. Impro bario cap°

2 ¶ Adhuc scientia est de conclusionibus demonstrationum: nam demonstratio est syllogismus faciens scire. (vt Aristo. dicit in primo posteriorum). conclusiones aūt demonstrationum sunt vniuersales: sicut t principia. est igitur in illa virtute que est

cognitiua vniuersaliū: intellectus autem passiuus nō est cognoscitiuus vniuersaliū sed particularium intentionum: non est igitur subiectum habitus scientie.

3 ¶ Preterea contra hoc sunt plures rationes adducte supra cum de vnione intellectus possibilis ad hominem ageretur.

rō decē prionis opi. ¶ Videtur aūt ex hoc fuisse deceptio ponendo habitum scientie in intellectu passiuo esse: q̄ homines inueniuntur promptiores vel minus prompti ad scientiarū considerationes secundum diuersam dispositionē virtutis cogitatiue ⁊ imaginatiue. ¶ Sed ista p̄optitudo dep̄det ab illis virtutibus sicut ex dispositionibus remotis prout etiam dependet a bonitate tactus ⁊ corporis complexione. (secundum q̄ dicit Aristote. in secūdo de anima). homines boni tactus ⁊ mollis carnis esse bene aptos mente: ex habitu autem scientie inest facultas ꝓsiderandi sicut ex primo principio actus: oportet enim q̄ habitus scientie perficiat potentiam qua intelligimus vt agat cum voluerit faciliter sicut ⁊ alij habitus potentias in quibus sunt:

2 ¶ Item dispositiones predictarum virtutum sunt ex parte obiecti scilicet fantasmatis quod propter bonitatem harum virtutum preparat ad hoc q̄ faciliter fiat intelligibile actu per intellectum agentē. dispositiones autem que sunt ex parte obiectorum non sunt habitus: sed que sunt ex parte potentiarum: non enim dispositiones quibus terribilia fiunt magis tolleranda sunt habit⁹ fortitudinis: sed dispositio qua pars anime scilicet irascibilis disponitur ad terribilia sustinenda: ergo manifestum est q̄ habitus scientie non est in intellectu passiuo. (vt Cōmen. predictus dicit). sed magis in intellectu possibili.

3 ¶ Item si vnus est intellectus possibilis omniū hominū: oportet ponere intellectū possibilē semp fuisse si homines semp fuerunt sicut ponūt: ⁊ multo magis intellectū agentē. (q̄ agens est honorabilis patiente: vt Aristote. dicit). sed si agēs est eternum ⁊ recipiens eternum oportet recepta esse eterna: ergo species intelligibiles ab eterno fuerunt in intellectu possibili: non igitur de nouo erit q̄ recipiat aliquas species intelligibiles: ad nihil aūt sensus ⁊ fantasia sunt necessaria ad intelligendū: nisi vt ab eis accipiant species intelligibiles. Sensus igit nō erit necessarius ad intelligendū neq̄ fantasia. ⁊ redibit opinio Platonis q̄ sciaz nō acquirimus p̄ sensus: sed ab eis excitamur ad rememorandū ꝑ̄ius scita. ¶ Sz ad hoc 8ℓ° Aue. respondet predictus Cōmē. q̄ spēs intelligibiles bīt duplex subiectū: ex vno quorūz habent eternitatē: scilicet ab intellectu possibili. ab alio aūt habent nouitatē scilicet a fantasmate: sicut etiā speciei visibilis subiectum est duplex scilicet res extra animaz: ⁊ potentia visiua. ¶ Nec aūt responsio ista Impossibile re non potest. impossibile enim est q̄ actio ⁊ perfectio eterni dependeat ab aliquo tēporali. fantasmata aūt tēporalia sunt ⁊ de nouo quotidie i nobis facta ex sensu: ꝓssibile est igitur q̄ species intelligibiles quibus intellectus possibilis fit actu ⁊ operat dep̄dēat a fantasmatibus: sicut species visibilis dep̄det a reb⁹: q̄ sunt extra aiam.

2 ¶ Amplius nihil recipit q̄ iam hz: q: recipiens oz esse denudatū a recipiente scōz Aristo. sed species intelligibiles ante meum sentire vel tuū fuerunt in intellectu possibili. nō. n. qui fuerunt antequam nos intellexissent. nisi intellectus possibilis fuisset reductus in actuz per species intelligibiles. ¶ Nec potest dici q̄ species ille prius recepte in intellectu possibili eē cessauerunt: q: intellectus possibilis nō solū recipit: sed conseruat que recipit. (vnde in. 3. de anima). dicitur esse locus specierum: igitur ex fantasmatibus nostris non recipiūtur species in intellectu possibili: frustra igitur p̄ intellectuz agentē fiunt intelligibilia actu nr̄a fantasmata.

terra. cō. 6.

3 ¶ Item receptū est in recipiente per modum recipientis. sed intellectus secundum se est supra motum: ergo quod recipitur in eo recipitur fixe ⁊ immobiliter.

4. ¶ Preterea cū intellectus sit superior virt⁹ q̄ sensus oportet q̄ sit magis vnita: ⁊ ex hoc videmus q̄ vnus intellectus hz iudicium de diuersis generibus sensibilium: que ad diuersas potentias sensitiuas pertinent. vnde accipere possumus q̄ operationes pertinentes ad diuersas potentias sensitiuas in vno intellectu adunātur. ¶ Potentiarum autem sensitiuaz quedam recī-

3° de aia ter. cō. 19.

piunt tantum vt sensus. ¶ Quedam autē retinent vt imaginatio ⁊ memoria. vnde ⁊ thesauri dicunt: oportet igit qō intellectus possibilis. ⁊ recipiat. ⁊ retineat iā recepta.

5 ¶ Amplius in rebus naturalibus vanū est dicere quod id ad quod peruenitur per motum non permaneat: sed statim esse desinat. ¶ Propter quod repudiatur positio dicentium omnia semper moueri: oportet enim motum ad quietem terminari: multo igitur minus dici potest quod receptus in intellectu possibili non conseruetur.

6 ¶ Adhuc si ex fantasmatibus que sunt in nobis intellectus possibilis non recipit aliquas species intelligibiles: quia iam recepte a fantasmatibus eorum qui fuerunt ante nos pari ratione a nullorum fantasmatibus recipit: quas alij receperunt: sed quoslibet aliqui alij precesserunt si mundus eternus est vt ponunt. Nunquas igitur intellectus possibilis recipit aliquas species a fantasmatibus. Frustra igitur ponitur intellectus agens ab Aristote. vt faciat fantasmata esse intelligibilia actu.

7 ¶ Preterea et hoc videtur sequi qō intellectus possibilis non indigeat fantasmatibus ad intelligendum. nos autem per intellectum possibilem intelligimus: neqs igitur nos sensu ⁊ fantasmate idigebimus ad intelligendum: quod est manifeste falsus: ⁊ contra sententiam Aristo. ¶ Si autem dicatur quod pari ratione non indigemus fantasmate ad considerandum ea quorum species intelligibiles sunt in intellectu ꝓseruate etiam si intellectus possibiles sint plures in diuersis. (quod est contra Aristo.). qui dicit quod nequaqs sine fantasmate intelligit anima. ¶ Patet q non est conueniens obuiatio: intellectus enim possibilis: sicut ⁊ quelibet substantia operatur secūdū modum sue nature. Secundum autem naturam suam est forma corporis. Vnde intelligit quidem immaterialia. sed inspicit ea in aliquo materiali. cuius signum est q in doctrinis universalibus exempla particularia ponuntur in quibus quod dicitur inspiciatur: alio ergo modo se habet intellectus possibilis ad fantasma quo indiget ante speciem intelligibilem. ⁊ alio modo postquam recepit speciem intelligibilem. ante enim indiget eo vt ab eo accipiat speciem intelligibilem. vnde se habet ad intellectum possibilem vt ad obiectum mouens: ꝯ post speciem in eo receptam indiget eo quasi instrumento siue fundamento siue speciei. vnde se habet ad fantasmata. sicut causa efficiens: secundum enim imperium intellect⁹ formatur in imaginatione fantasma conueniens tali speciei intelligibili in quo respondet species intelligibilis. sicut exemplar in exemplato siue in imagine: si ergo intellectus possibilis semper habuisset species. Nunquam compararetur ad fantasmata sicut recipiens ad obiectum motiuum.

2 ¶ Item intellectus possibilis est quo anima ⁊ homo intelligit. (secundum Aristote.). si autem intellectus possibilis est vnus omnium ac eternus: oportet quod in ipso. iam sint recepte omnes species intelligibiles eorum que a quibuslibet hominibus sunt scita vel fuerunt. quilibet igitur nostrū qui per intellectū possibilē intelligit immo cuius intelligere est ipm intelligere: intellect⁹ possibilis intelliget oia q̄ sunt vel fuerūt a quibuscunqs intellecta. (qō patet esse falsum). ¶ Ad hoc autem Commen. predictus respondet dicens: quod nos nō intelligimus per intellectum possibilem: nisi secundum quod continuatur nobis per nostra fantasmata. ⁊ quia non sunt eadem fantasmata apud omnes: nec eodem modo disposita: nec quicquid intelligit vnus intelligit alius. Et videtur hec responsio cōsonare premissis. Nam etiam intellectus possibilis non est vnus: non intelligimus ea quorum species sunt in intellectu possibili: nisi adsint fantasmata ad hoc disposita. ¶ Sed quod dicta responsio non possit totaliter inconueniens euitare: sic patet: cum intellectus possibilis factus est actu per speciem intelligibilem receptam potest agere per seipsum. (vt dicit Aristote. in tertio de anima). vnde videmus q̄ illud cuius scienti am semel accepim⁹ est in potestate nostra iterum considerare cum volumus: nec impedimur propter fantasmata: quia in potestate nostra est formare fantasmata accōmoda cōsiderationi quā volumus: nisi forte esset impedimentū ex parte organi cuius est: sicut accidit in freneticis ⁊ litargicis q non

Instantia ꝑ rōnes ꝓdi.

3° de aia ter. cō. 30. Impro batio

Al° Auer.

Impro batio tertia. cō. 3.

tertu. cō. 32.

possunt habere libez actum fantasie t memoratiue. (Et ppter hoc Aristo. dicit in 8. phisicorum). q ille qui iam bz habitum scientie licet sit potentia considerans nō indiget motore qui reducat eum de potentia in actum: nisi removens prohibens: sed potest ipse exire in actum cōsiderationis vt vult. Si autez in intellectu possibili sunt species intelligibiles omnium scientiaruz qō oportet dicere si est vn9 t eternus: necessitas fantasmatum ad intellectum possibilem erit: sicut est illius qui iam habet scientiam ad considerandum secundum scientiam illaz: qō etiam sine fantasmatibus nō posset: cuz igitur quilibet homo intelligat per intellectum possibilem secundum q est reductus in actum per species intelligibiles: quilibz homo poterit considerare cum voluerit scita omnium scientiaruz: quod est manifeste falsuz: sic enim nullus indigeret doctore ad acquirendum scientiam: non igitur est vn9 t eternus intellectus possibilis.

¶ De opinione Auicenne qui posuit formas intelligibiles non conseruari in intellectu possibili 74.

Predictis autem rationibus obuiare videtur q Auicenna ponit. ℣ Dicit enim in suo libro de anima q in intellectu possibili non remanent species intelligibiles nisi quādiu actu intelligantur. ℣ Quod quidē ex hoc probare nititur: qz quādiu forme apprehense manent in potentia apprehensiua actu apprehēdunt ur: et hoc enim fit sensus in actu: t similr intellectus in actu est intellectum in actu. vnde videt q quandocūqz sensus vel intellectus est factus vnū cū sensato vel intellecto secundum hoc quod habet formā ipsius fit apprehensio in actu per sensum. vel per intellectum. Vires autem que conseruant formas nō apprehensas in actu dicit non esse vires apprehēsiuas: sed thesauros virtutum apprehensiuarum: sicut imaginatio que est thesaurus formarum apprehensarum per sensum: t memoriam secunduz ipsum que est secundus thesaurus intentionum apprehensarum absqz sensu: sicut cuz ouis apphēdit inimicitiā lupi: hoc aūt ptingit huiusmodi virtutibus q cōseruant formas nō apprehēsas actu inquārū habent quedā organa corporea in quib9 recipiunt forme receptione ꝓpinqua apprehensioni t ꝓpter hoc virtus apprehēsiua cōuertēs se ad huiusmodi thesauros apprehendit in actu: cōstat aūt q intellectus possibilis est virtus apprehensiua t q nō bz organū corporeū. vñ cōcludit q impossibile est q spēs intelligibiles cōseruentur in intellectu possibili nisi ēqdiu intelligit actu. ℣ Oportet ergo q vel ipse species intelligibiles cōseruent in aliquo organo corporeo siue in aliqua virtute būte organū corporeū. Vel oz q forme intelligibiles sint ꝑ se existētes ad quas cōparet intellectus possibilis noster sicut speculū ad res que vident in speculo: Vel oz q spēs intelligibiles fluant in intellectuz possibilē de nouo ab aliquo agēte separato qñcūqz actu intelligat. ℣ Primū aūt horuz triū est impossibile: qz forme existētes i potētijs vtentiū organis corporalibus sūt intelligibiles in potētia tantū. ℣ Secūdū aūt est opinio Platonis quā reprobat (Aristo. in metaph.). vñ concludit tertiū q qñcūqz intelligim9 actu fluunt spēs intelligibiles in intellectū possibilē nostrū ab intellectu agēte quē ponit ipse quandā substantiā separatā. ℣ Si vero aliqs obijciat cōtra eū q tunc nō est differētia inter hoiem cū prio addiscit: t cū postmodū vult cōsiderare in actu q ꝓus didicit. ℣ Rndet q addiscere nihil aliud ē qz acquirere ꝑfectā habitudinē cōiungendi se intelligentie agenti ad recipiendū ab eo formā intelligibilē: t ideo ante addiscere est nuda potētia in hoie ad talē receptionē: addiscere vero est sicut potentia adaptata. ℣ Videt etiā huic opinioni cōsonare. (qō Aristo. i lib. de memoria). ostēdit memoriā nō esse in parte intellectiua: sed in parte alie sensitiue: et quo videtur q cōseruatio specieꝝ intelligibiliū nō ptineat ad partē intellectiuā. ℣ Sed si diligēter cōsideret hec positio ēqtū ad originē: parū aut nihil differt a positione Platonis: posuit n. Plato formas intelligibiles ēe quasdā substātias separatas a qbus scia fluebat in aias nostras. hic autez ponit ab vna substantia separata que est intellectus agens secundū ipsū sciam in aias nostras fluere. nō autē

obie°

ℛ°

Impro ba° pdicte positionis

differt quantum ad modum acquirēdi scientiam verū ab vna vel pluribus substantijs separatis nostra causetur scientia: vtrobiq; enī sequet̄ q̄ scientia nostra nō causet̄ a sensibilibus: cuius cōtrariū apparet per hoc q̄ qui caret aliquo sensu caret scientia sensibilium que cognoscēt̄ur per sensū illū. ¶ Dicere aūt q̄ per hoc q̄ intellectus possibilis inspicit singularia que sunt in imaginatione: illustratur luce intellectus agētis ad cognoscēdū vt̄ q̄ actiones virtū inferiox. i. imaginationis t memorative t cogitative sunt aptātes animam ad recipiendam emanationē intelligētie agētis: est nouum. Videmus enī q̄ anima nostra tāto magis disponit̄ ad recipiēdū a substantijs separatis quāto magis a corpalibus t sensibilibus remouetur: per recessū enī ab eo quod infra est acceditur ad id qđ supra est: nō igit̄ est verisimile qđ per hoc qđ anima respicit ad fantasmata corpalia q̄ disponantur ad recipiēdam influentiam intelligentie separate. ¶ Plato autē radices sue positiōis melius est, pſecutus: posuit enī. quod sensibilia nō sunt disponentia animam ad recipiēdum influentiam formarū separatarū: sed solū exp̄gescētia intellectū ad cōsiderādum ea quox̄ scientiaz habebat ab eternon causatam: ponebat enī q̄ a principio a formis separatis causabatur scientia in animabus nostris omnium scibilium. vnde addiscere dicit esse quoddam reminisci. t hoc necessarium est secundum eius positionem. nam cum substantie separate sint immobiles. t semper eodem modo se habentes: semper ab eis resplendet scientia rerum in anima nostra: que est eius cōpar. ¶ Amplius quod recipitur in aliquo est in eo per modum recipientis. Esse autem intellectus possibilis est magis firmū quam esse materie corporalis. Cum igitur forme fluentes in materiam corporalem ab intelligentia agente secundum ipsam conseruentur in ea: multo magis conseruabūtur in intellectu possibili. ¶ Adhuc cognitio intellectiua est pfectior sensitiua: si igit in sensitiua cognitōe ē aliqd cōseruās appbē sa: multo fortiꝰ erit i cognitōe intellectua. ¶ Item videmus quod diuersa que in inferiori ordine potentiarum pertinent ad diuersas potentias: in superiori ordine pertinent ad vnum sicut sensus communis apprehendit sensata omniū sensuum propriorum: apprehendere igitur t cōseruare que in parte anime sensitiue pertinent ad diuersas potentias: oportet quod in suprema potentia: scilicet intellectu vniantur. ¶ Preterea intelligentia agens secundū ipsum influit omnes scientias: si igitur ad discere nihil est aliud q̄ aptari vt vniatur intelligentie agenti: qui addiscit vnam scientiam non magis addiscit illam quam aliā quod patet esse falsum. patet etiam quod hec opinio est contra sententiam Aristote. qui dicit in tertio de anima q̄ intellectus possibilis est locus specierum: quod nihil aliud est dicere q̄ ipsum esse thesaurum intelligibilium specierum vt verbis Auic. vtamur. ¶ Item postea subiungit quod quando intellectus possibilis acquirit scientiam est potens operari per seipsum licet non actu intelligat: non igitur indiget influentia alicuius superioris agētis. (Dicit etiam in. 8 phīcoruz). q̄ ante addiscere est homo in potentia essentiali ad scientiam: t ideo indiget motore per quem reducatur in actum: nō autem postq̄ iaz addidicit indiget per se motore: ergo non indiget influentia intellectus agentis. (Dicit etiam in. 3. de anima). q̄ fantasmata se habent ad intellectum possibilem sicut sensibilia ad sensum: vnde patet q̄ species intelligibiles sunt intellectu possibili a fantasmatibus. t nō a substātia separata. ¶ Rationes autem que videntur in contrariuz esse non est difficile soluere intellectus enī possibilis est in actu pfectio secundum species intelligibiles: cum considerat actu: cū vero non considerat actu: non est in actu pfectio secundum illas species: sed se habet medio modo inter potentiam t actū. (Et hoc est quod Aristo. dicit in tertio de anima). q̄ cum hec pars. (. s. intellectus possibilis). vnaquaq; sciat sciens dicitur secūdum actum. hoc aut accidit cum possit operari per seipsum: est quidem: t tunc potentia simile quodammodo: non tamen simpliciter est ante addiscere aut inuenire. Memoria vo in parte sensitiua ponitur: quia est actus alicuiꝰ: qui cadit sub deter-

tex. cō. 32.

tex. cō. 39.

Ad rōnes i cōtrariuz.

tex. 9. 8.

minato tempore: nō est nisi pteriti: t ideo cum nō abstrahatur a singularibus conditionibus non pertinet ad partem intellectuam que est vniuersaliū: sed per hoc nō excluditur quin intellectus possibilis sit cōseruatiuus intelligibiliū que abstrahuntur ab oibus conditionibus particularib⁹.

¶ Solutio rationū quibus videtur ꝓbari vnitas: intellectus possibilis. 75.

Probandū aūt vnitatem intellectus possibilis quedā rationes adducuntur quas opz ostēdere efficaces nō ee. ℣ Videt.n.q⁹ois forma que est vna fm spēm t multiplicat fm numerū in diuidue ꝑ materiā: que.n. sunt vnū spē t multa fz numerū cōueniunt in forma t distinguūtur fm materiā: si igitur itellectus possibilis in diuersis hominib⁹ sit multiplicatus fz numerū cū sit vn⁹ fm spēm: oz q⁹ sit indiuiduat⁹ in hoc t in illo per māz. nō aūt ꝑ mām q̄ sit ex se sui: q⁹ sic esset receptiuus de genere receptiōis prie t receperet formas indiuiduales: quod est cōtra nām itellectus. Relinquit ergo q⁹ indiuiduet ꝑ naturā que est corpus hois: cuius ponitur forma. ℣ Dicit aūt forma indiuiduata ꝑ materiam cuius est actus: est forma materialis: oportet.n. q⁹ esse cuiuslibet rei dependeat ab eo a quo dependet idiuiduatio ei⁹: finis princi cut.n. pricipia eoīa sunt de essentia spēi: tra pio. 2. 5. pricipia indiuiduātia sunt de essentia hui⁹ tertii de indiuidui. sequit ergo q⁹ itellectus possibia: vbi lis sit forma mālis: t ꝑ cōsequēs q⁹ nō reappellat cipiat aliq̄d neq; opet sine organo corpali. itellectū q̄ est ēt cōtra nāz itellectus possibilis: igit possibilē intellect⁹ possibilis nō multiplicat in diuer itellectū sis hoibus: sed est vnus omniū hominuz. mālem: 2 ¶ Item si intellectus possibilis esset alidi. eū ee ius in hoc t in illo homine: oporteret q⁹ spenāz alte cies itellecta esset alia numero in hoc. t in ri⁹ nāe illo: vna vero in specie. cum enim speciea natu- rum intellectarum in actu propriū subra māe iectum sit intellectus possibilis: oportet q⁹ prie: t a multiplicatio intellectu possibili multiplinā forme centur species intelligibiles secundum nut a natu merum: in diuersis species autem aut forra ꝑgre me que sunt eedem secundum speciem t gati. diuerse secundum numerum sunt forme indiuiduales que nō possunt est forme intelligibiles: quia intelligibilia sunt vniuersalia non particularia: impossibile est igitur intellectum impossibilez esse multiplicatum in diuersis indiuiduis hominum: necesse est igitur q⁹ sit vnus in omnibus.

3 ¶ Adhuc magister scientiā quā habz trāsfudit in discipulum: aut igitur eādez numero aut aliā diuersam in spē. secundum videtur ipossibile ee: q⁹ sic magister cāret scientiam suā in discipulo sicut causat formam suam in aliquo generādo sibi fimile in spē quod videtur ꝓuenire ad agētia materialia opz ergo quod eandē scientiā numero causet in discipulo quod ee nō posset nisi esset vnus intellectus possibilis vtriusq;: necesse igitur videtur intellectum possibilez esse vnum omnium hominum. ℣ Sicut aūt ipsa⁹ predicta positio veritatem non habz. (vt ostēsum est). ita rationes posite ad ipsam confirmādaz facile solubiles sunt. ℣ Cōfitemur enim intellectum possibilem ee vnū specie in diuersis hominibus: plures aūt secundum numerum: vt tamen nō fiat in hoc vis q⁹ partes hominis non ponuntur in genere vel spē fm se: sed solum vt sunt principia totius: nec tamē segtur q⁹ sit forma materialis fm esse dependens a corpore: sicut enim anime humane fm suam speciem competit q⁹ tali corpori secundum vniatur: ita hec anima differt ab illa numero solo: ex hoc quod ad aliud numero corpus habitudinē habet. t sic indiuiduantur anime humane. t per cōsequēs intellectus possibilis qui est potentia animе humane secundum corpora non quasi indiuiduatione a corporibus causata.

℣ Secūda vo ratio ipsius deficit ex hoc q⁹ distinguit inter id quo intelligitur. t id quod intelligitur: species enim recepta in intellectu possibili non habz se vt quod intelligitur. cum enim de his que intelliguntur sint omnes artes t scientie: sequeretur quod omnes scientie essent de speciebus existentibus in intellectu possibili: quod patet esse falsum. Nulla enim scientia de eis aliquid considerat nisi naturalis t methaphisica: sed tamen per eas quecunq; sunt in omnibus scientijs cognoscuntur: habet se igitur species intelligibilis recepta in in

ꝓ⁹ rō ꝑ opi. falsa auct.

hanc rō nē innuit auer.

ad ꝓ⁹m.

ad 2⁹m.

tellectu possibili in intelligẽdo sicut id quo intelligitur: sicut ⁊ species coloris in oculo non est id qđ videtur: sed id quo videmus. id ℞o quod intelligitur est ipsa ratio rerum existentium extra animam: sicut enim ⁊ res extra animam existẽtes visu corporali videtur. Ad hoc enim inuẽte sunt artes ⁊ scientie vt res in suis naturis: cognoscantur: neqꝫ tamen opꝫ qꝫ si scientie sunt de vniuersalibus qꝫ vniuersalia sint extra aiam per se subsistẽtia: sicut ℙlato posuit: quãuis enim ad veritatẽ cognitionis necesse sit: vt cognitio rei respõdeat: nõ tamẽ opꝫ qꝫ idem sit modus cognitionis ⁊ rei: que enim coniuncta sunt in re interdũ diuisim cognoscuntur: simul enim vna res est ⁊ alba ⁊ dulcis: visus tamẽ cognoscit solã albedinem ⁊ gustus solã dulcedinẽ: sic etiã ⁊ intellectus intelligit lineã in materia sensibili existentem absqꝫ mã sensibili: ꝫ etiaꝫ cũ materia sensibili intelligere posset: hec autẽ diuersitas accidit ꝑ̃m diuersitatẽ spẽi ℞ intelligibilium in intellectu receptꝫ: que qñqꝫ est ꝑ̃ multitudo quãtitatis tm̃. qñqꝫ ℞o substantie sensibilis quãte. ¶ Similiter autẽ licet natura generis est spẽi nunqꝫ sit nisi in hoc indiuiduo: intelligit tamẽ intellectus naturam spẽi ⁊ generis nõ intelligẽdo principia indiuiduatia. ⁊ hoc est intelligere vtile: ⁊ sic hec duo nõ repugnant qꝫ vniuersalia non subsistant extra animam. Et qꝫ intellectus intelligẽdo vniuersalia intelligat res que sũt extra animam: quod autem intelligat intellectus naturã generis vel spẽi denudatam a principiis indiuiduantibus cõtingit ex cõditione spẽi intelligibilis in ipso recepte que est immaterialis effecta per intellectum agentẽ. vtpote abstracta a materia ⁊ conditionibus materie quibus aliquid indiuiduatur. Et ideo potentie sensitiue non possunt cognoscere vniuersalia qꝫ non ꝑ̃t recipere formam immaterialem cũ recipiãtur semꝑ in organo corꝑali: nõ igit opꝫ eẽ numero vnã spẽm intelligibilẽ huius intelligẽtie ⁊ illius: ad hoc.n. sequeret esse vnuꝫ intelligere. numero huius ⁊ illius cũ oppõ sequatur formã que est principiũ speciei sed opꝫ ad hoc qꝫ sit vnum intellectũ qꝫ sit vnus ⁊ eiusdẽ fili tudo: ⁊ hoc est possibile si spẽs intelligibiles sint numero diuerse: nihil enim ꝓhibet vnius rei fieri plures imagines differentes: ⁊ et hoc cõtingit qꝫ vnus hõ a pluribus videtur: nõ igitur repugnat cognitioni vtⁱ intellectus qꝫ sint diuerse species intelligibiles in diuersis. ¶ Nec ꝓpter opꝫ qꝫ si spẽs intelligibiles sint plures numero ⁊ eedẽ specie qꝫ nõ sint intelligibiles actu: sed potentia tm̃ sicut alia indiuidua. nõ enim hoc qđ est esse indiuiduũ repugnat ei quod est esse intelligibile actu: opꝫ enim dicere ipsum intellectum possibilẽ ⁊ agentẽ si ponãtur quedã substãtie separate corpori nõ vnite ꝑ se subsistẽtes quedaꝫ indiuida esse: ⁊ tamẽ intelligibilia sunt: sed id qđ repugnat intelligibilitati est mãlitudo cuius signum est qꝫ ad hoc qꝫ fiant forme rez materialium intelligibiles actu: oportet qꝫ a materia abstrahantur. ⁊ ideo in illis in quibus indiuiduatio fit per banc materiam signatam indiuiduata non sunt intelligilia actu: si autem indiuiduatio fiat nõ per naturam nihil ꝓhibet ea que sunt in diuidua esse actu intelligibilia species autem intelligibiles indiuiduantur per suum subiectũ qui est intellectus possibilis sicut ⁊ oẽs alie forme: vñ cũ intellectus possibilis nõ sit mãlis nõ tollitur a spẽbus idiuiduatio ꝑ ipsum quin sint intelligibiles actu.

2 ¶ ℙreterea in rebus sensibilibus sicut nõ sunt intelligibilia actu indiuidua que sũt multa in vna spẽ vt equi vel boues: ita nec indiuidua que sunt vnica in sua spẽ vt ℏ sol ⁊ hec luna eodẽ ãt modo indiuiduant species ꝑ intellectũ possibilẽ: siue sint plures intellectus possibiles siue vnus: sed nõ eodem modo multiplicãtur in eadem specie: nihil igitur refert quantuꝫ ad hoc qꝫ species recepte in intellectu possibili sint intelligibiles actu: vtruꝫ intellectus possibilis sit vnus in omnibus aut plures.

3 ¶ Itẽ intellectus possibilis ꝑ̃m Cõmẽ. predictum est vltimus in ordine intelligibilium substantiarum: que quidem ꝑ̃m ipm̃ sunt plures. ¶ Nec potest dici quin aliq̃ superior substãtia ꝫ habeat cognitionẽ eorum que intellectꝰ possibilis cognoscit. In motoribus enim orbiũ vt ipse ãt dicit sũt forme eorum que causant per orbis motum: adhuc igitur remanebit ꝫ intellectus possibilis sit vnus qꝫ forme intelligibiles multe

ſ̄ᵒ raci tipliciter in diuerſis intellectibus. ¶ Ad tertiū obiectionis. cet aūt dicerimus q̄ ſpēs intelligibilis in intellectu poſſibili recepta nō ſit q̄ intelligitur: ſed quo intelligit: nō tamē remouet q̄n per reflexionē quandā intellectus ſeipz intelligat t ſuū intelligere. t ſpēm qua intelligit: ſuū aūt intelligere intelligit dupliciter. ¶ Uno modo in particulari: intelligit. n. ſe nūc intelligere. ¶ Alio modo in vi ſm q̄ rōcinatur de ipſius actus natura. ¶ Uñ t intellectū t ſpēm intelligibilē intelligit eodem mō dupliciter. t pcipiēdo ſe eē t habere ſpeciē intelligibilē q̄ eſt cognoſcere in particulari. ¶ Et cōſiderando ſuaz t ſpeciei intelligibilis naturaz quod eſt cognoſcere ſn vñi. t ſm hoc de intellectu t intelligibili tractatur in ſcientijs. ¶ Per hec aūt q̄ dicta ſunt t terrie rationis apparet ſolutio. q̄ eni dicit ſciaz in diſcipulo t in magiſtro eſſe numero vnā: patiz q̄dē vere dicitur: partiz aūt nō: eſt. n. numero vna quātum ad id q̄ ſcitur: nō tamē quātum ad ſpēs intelligibiles q̄bus ſcitur: neq; quantum ad ipſū ſcientie habitum: non tamen oportet q̄ eodē modo magiſter cauſet ſcientiam in diſcipulo ſicut ignis generat ignē: nō eni idē eſt modus eoz q̄ a natura generātur. t eoz q̄ ab arte: ignis quidē generat ignē naliter reducēdo materiam de potētia in actum ſue forme: magiſter vero cauſat ſcientiaz in diſcipulo p modū artis: ad hoc. n. datur ars demōſtratiua: quam Ariſto. in poſterioribus tradit: demōſtratio eni eſt ſyllogiſmus faciens ſcire. ¶ Sciendum tamen q̄ ſm q̄ (Ariſto. in. 7. metaphi. docet). artium quedā ſunt in cui⁹ materia nō eſt aliquod principiū agēs ad effectum artis p̄ducendū: ſicut patet in edificatiua: nō enim eſt in lignis t lapidibus aliq̄ vis activa mouēs ad domus conſtitutionem: ſed aptitudo paſſiua tāz. ¶ Aliqua vero eſt ars in cuius materia eſt aliquod activū principiū mouēs ad p̄ducēdum effectum artis: ſicut patet in medicatiua: nam in corpore infirmo: eſt aliq̄ activū principium ad ſanitatē. Et iō effectus artis p̄mi generis nunq̄ p̄ducit natura: ſed ſemper fit ab arte: ſicut domus oīs ē ab arte. ¶ Effectus aūt ſecundi generis fit t ab arte t a natura ſine arte: multi eni per operationem nature ſine arte medicine ſanātur. In his autem que poſſunt fieri: t arte t natura: arte imitatur naturā: ſi ge eniz er frigida cā infirmetur: natura eū calefaciendo ſanat: vnde t medicus ſi eū curare debeat calefaciēdo ſanat. ¶ Huic aūt arti ſimilis eſt ars docēdi: in eo. n. qui docet eſt principiū activū ad ſciam. ſ. intellectus t ea que naliter intelliguntur. ſ. p̄ma principia t iō ſcientia acquiritur dupliciter: t ſine doctrina p inuētionē. ¶ Et per doctrinā. ¶ Docens igitur hoc modo incipit docere ſicut inueniēs incipit inuenire offerēdo. ſ. conſiderationi diſcipuli principia ab eo nota: q̄ omnis diſcipline: t oīs ſcientia exiſtenti fit cognitione. t illa principia in cōclusiones deducēdo t p̄ponēdo exempla ſenſibilia ex q̄bus in aīa diſcipuli: formētur fantaſmata neceſſaria ad intelligēdū: t q̄ exterior operatio docētis nihil operet niſi adeſſet principium interiꝰ ſcientie q̄ inest nobis diuinitus: iō apud theologos dicit q̄ homo docet miniſteriū exhibēdo: deus aūt interiꝰ operando: ſicut t medicus dicit nature miniſter in ſanādo. ſic igit cauſat ſcia in diſcipulo p magiſtrū nō nīō naliter actiōis ſed artificialis vt dictū ē. ¶ Preterea cū Cōmē. p̄dictus ponat habitus ſcientiarū eē in intellectu paſſiuo ſicut in ſubiecto: vnitas intellectus poſſibilis nihil facit ad hoc q̄ ſit vna ſcia numero in diſcipulo t magiſtro: intellectū. n. paſſiuū conſtat nō eē eundem in diuerſis cū ſit potētia mālis: vñ b ratio nō eſt ad p̄positū ſm eius p̄nem.

¶ Oī intellectus agens non ſit ſubſtantia ſeparata: ſed aliqd anime. 76.

Ex his autem

concludi poteſt q̄ nec intellectus agens eſt vnus in omnibus. vt Alexander etiā ponit t Auic. qui non ponūt intellectū poſſibilez eſſe vnū omniuz: cū. n. agēs t recipiēs ſint p̄portionata: opz q̄ vtcunq; paſſiue reſpōdeat p̄priū activū: intellectus aūt poſſibilis cōparatur ad agēs: vt p̄priū paſſiuum ſiue ſuſceptiuum ipſius: habz eni ſe ad eū agēs ſicut ars ad mām. (vt dicit in. 3. de aia). ſi igitur intellectus poſſibilis eſt aliquid aie humane multiplicatum ſm multitudinez

ad 3ᵘᵐ.

terru. cō. 29.

terru. cō. 17.

iudiuiduoꝝ. (vt ostēsum est). ⁊ intellectus ēt agēs erit huiusmodi ⁊ nō erit vn⁹ oiuꝫ.
¶ Adhuc itellect⁹ agēs nō facit spēs itelligibiles actu vt ipse p eas intelligat mariē ficut ſubſtãtia ſeparata cū nō ſit in potẽtia: ſed vt p eas itelligat intellect⁹ poſſibilis nō igit facit eas niſi tales ãles cōpetūt intellectui poſſibili ad intelligendum. tales autē facit eas qualis eſt ipſe: nam omne agens agit ſibi ſimile: eſt igitur intellectus agens proportionatus intellectui poſſibili. ⁊ ſic cū intellectus poſſibilis ſit pars anime: intellectus agens non erit ſubſtantia ſeparata.
3 Amp. ſicut materia ꝓma ꝓficit per formas naturales que ſūt extra animã: ita intellectus poſſibilis ꝓficit p formas intellectas in actu. Sed forme nãles recipiunt in mã ꝓria nō p actionē alicui⁹ ſubſtãtie ſeparate tm: ſed p actionē forme cuiuſdē generis .ſ. q̃ ē in mã: ſicut hec ear ogeneral p formã q̃ eſt in his carnibus ⁊ in his oſſib⁹. (vt p bat Ariſto. in. 7. metha.). ſi igit intellectus poſſibilis ſit ps aie ⁊ nō ſit ſubſtãtia ſeparata vt ꝓbatū eſt: intellect⁹ agēs p cuius actionē ſūt ſpēs itelligibiles in ipſo nō erit aliq̃ ſubſtãtia ſeparata: ſed aliq̃ ẋtus actus aie.
4 Jtē Plato poſuit ſciaꝫ in nobis cãri ab ideis q̃s ponebat eē quaſdã ſubſtãtias ſeparatas: quã quidē poſitionē. (Ariſto. ipro bat in ꝓio metaphiſice). cōſtat aūt q̃ ſcientia noſtra dependet ab intellectu agente ſicut et primo principio. ſi igitur intellectus agens eſt quedam ſubſtantia ſeparata: nulla eſſet vel modica differentia inter opinionē iſtam ⁊ platonicam: a pbo improbatã.
5 Adhuc ſi intellect⁹ agēs eſt quedã ſubſtãtia ſeparata: oꝫ q̃ eius actio ſit continua ⁊ nō interciſa: vel ſaltē oꝫ dicere q̃ nō cōtinuet ⁊ intercidatur ad noſtrū arbitriū: actio aūt eius eſt facere fantaſmata intelligibilia actu: aut igitur hoc ſp faciet: aut nō ſemp: ſi nō ſemp: nō tamē hoc faciet ad arbitriū noſtrum: ſed tunc intelligimus actu quando fantaſmata fiunt intelligibilia actu. agitur opꝫ q̃ vel ſemp intelligamus vel q̃ nō ſit in poteſtate noſtra actu intelligere.
6 Preterea comparatio ſubſtantie ſepate ad omnia fantaſmata que ſunt in quibuſcunq̃ hominib⁹ eſt vna ſicut comparatio ſolis eſt vna ad omnes colores. res aūt ſenſibiles ſimiliter ſentiūt ſentiētes ⁊ iſcij: ⁊ p cōſequēs eadē fūtaſmata ſūt in vtriſq̃ ſimiliter igit fiēt intelligibilia ab intellectu agente: vterq̃ ergo ſimiliter intelliget.

¶ Poteſt aūt dici q̃ intellectus agēs ſem per agit quãtū in ſe eſt: ſed nō ſemp fantaſmata fiunt intelligibilia actu: ſed ſolūmodo ſunt ad hoc diſpoſita: diſponunt autem ad hoc per actū cogitatiue ẋtutis: cuius vſus eſt in noſtra poteſtate. ⁊ iō intelligere actu eſt in noſtra poteſtate. ⁊ ob hoc ei⁹ contingit q̃ non oēs homines intelligunt ea quoꝝ habēt fantaſmata: q⁹ nō omnes habēt actū virtutis cogitatiue conuenientem: ſed ſolū qui ſūt inſtructi ⁊ cōſueti.
¶ Videtur aūt q̃ hec reſpōſio nō ſit omnino ſufficiens: hec. n. diſpoſitio que fit per cogitationem ad intelligēdum: oportet q̃ ſit vel diſpoſitio intellectus poſſibilis ad recipiendum formas intelligibiles ab intellectu agēte fluētes vt Auic. dicit. ¶ Vel q⁹ diſponūtur fantaſmata vt fiant intelligibilia actu ſicut Auerroes ⁊ Alexander dicūt
¶ Primum aūt horꝫ non videtur eē cōueniens. q⁹ intellectus poſſibilis ſuã ſm naturam eſt in potẽtia ad ſpecies intelligibiles actu: vnde comparat ad eas ſicut diaphonum ad lucē vel ad ſpecies coloris: nō aūt indiget aliqd in cuius natura eſt recipere formam aliquã diſpoſitiōi vteri⁹ ad formã illam niſi forte ſint illa cōtrarie diſpoſitiones: ſicut materia aque diſponitur ad formã aeris p remotionē frigiditatis ⁊ denſitatis: nihil aūt cōtrarii eſt in intellectu poſſibili quod poſſit impedire cuiuſcūq̃ ſpeciei intelligibilis ſuſceptionē: nec ſpecies intelligibiles ēt contrariorꝫ in intellectu non ſunt contrarie. (vt probat Ari. in. 6°. methaphi.). cū vnū ſit ratio cognoſcēdi aliud. Falſitas aūt que accidit in iudicio intellectus componētis ⁊ diuidētis ꝓuenit non ex eo q̃ in intellectu poſſibili ſint aliqua intellecta: ſed ex eo q̃ ei aliqua deſunt: non igitur quãtum in ſe eſt intellectus poſſibilis indiget aliqua ꝓparatione vt ſuſcipiat ſpēs itelligibiles ab itellectu agēte fluētes.
7 Preterea colores facti viſibiles actu per lucem pro certo ipꝛimūt ſuã ſimilitudinem in diaphono. ⁊ p conſequēs in viſū: ſi igitur ipſa fantaſmata illuſtrata ab intel

ſm. cō. 28.

ſc° ad ſupra dicta.

ꝓbat.

text. 9. 13

lectu agẽte nõ ꝓmunt suas similitudines in intellectum possibilem: sed solum disponunt ipsum ad recipiendum: nõ esset comparatio fantasmatũ ad intellectum possibilem sicut colorũ ad visuꝫ vt Aristo. ponit.

3 ¶ Itẽ ꝓ hoc fantasmata nõ cẽnt p se necessaria ad itelligẽdũ. ꝛ pꝫsequẽs nec sciũ: ꝓ solũ p accidẽs q̃si excitãtia ꝛ ꝓparãtia intellectũ possibilẽ ad recipiẽdũ qõ ẽ opinionis platõice ꝛ cõtra ordinẽ generatiõis itellect⁹ ꝛ scie quẽ põit Aristo. i ꝓio metapb. (ꝛ vltio posterioꝝ). dicẽs q⁹ ex sẽsu fit memoria: ex multis memoriis vñ exꝑimẽtũ ex multis exꝑimẽtis vlis acceptio q̃ ẽ scie ꝛ itellect⁹. ¶ Est aũt hec positio Aui. cõsona bis q̃ de generatiõe rez nãliuꝫ dicit: ponit. n. q⁹ omnia agẽtia iferiora solũ p suas actiões preparãt mãm ad suscipiẽdas formas q̃ effluũt in mãs ab intelligẽtia agẽte separata. vñ ꝛ eadẽ rõne põit q⁹ fantasmata ꝓparãt itellectũ possibilẽ: forme aũt intelligibiles fluũt a substãtia separata. fiũt aũt q⁹ p cogitationẽ disponunt fantasmata ad hoc q⁹ fiant itelligibilia actu ꝛ mouẽtia itellectuꝫ possibilẽ cõueniẽs nõ videt si itellect⁹ agẽs ponat substãtia separata: hoc. n. videt ee cõforme positiõi dicẽtiũ q⁹ iferiora agẽtia sũt solũ disponẽtia ad vltimã pfectionẽ: vltia aũt pfectio est ab agẽte separato qõ ẽ cõtra suiaꝫ. (Aristo. in. 7. metapb.). nõ. n. videt ipsect⁹ se habere aia hũana ad itelligẽdũ q̃ꝫ inferiora nature ad ꝓprias opationes.

4 ¶ Amꝑ. effect⁹ nobiliores in istis iseriorib⁹ ꝓducunt nõ solũ ab agentibus superioribus: sed requirũt agentia sui generis: hoiem enim generat sol ꝛ homo: ꝛ similiter videm⁹ in alijs animalibus pfectos q⁹ quedam ignobilia aialia ex solis tantũ actiue generant absq; principio actiuo sui generis: sicut pꝫ in aialibus generatis ex putrefactione: intelligere autem est nobilissimi⁹ effectus qui est in istis inferioribus: nõ igitur sufficit ponere ad ipsum agens remotũ: nisi etiam ponatur agens ꝓprinũ. (hec aũt ratio cõtra Auic. nõ ꝓcedit). nã ipse põit oẽ aial posse generari absq; semine.

5 ¶ Adhuc intẽctio effect⁹ demõstrat agentẽ: vñ aialia generata ex putrefactiõe non fũt ex intẽctiõe nã inferioris: sed superioris tantũ quia ꝓducuntur ab agẽte superiori tantum: (propter quod Aristo. in. 7. metapbꝫ.). dicit ea fieri casu: animalia aũt que fiunt ex semine sunt ex intẽctione nature superioris ꝛ inferioris. ¶ Dic aũt effectus qui est abstrahere formas vlas a fãtasmatibus est in intẽctione nostra nõ solũ in intentione agẽtis remoti: igit̃ oꝫ in nobis ponere aliquod primũ principiuꝫ talis effect⁹ hoc aũt est intellectus agẽs: nõ est igit̃ substantia separata: sed aliqua ꝛtus aie nostre. terti. cõ. 30.

6 ¶ Item in natura cuiuslibet mouẽtis ẽ principiũ sufficiẽs ad operationẽ naturalẽ eiusdẽ: ꝛ si quidẽ operatio illa consistat in actione adest ei principium actiuuꝫ: sicut pꝫ de potẽtijs aie nutritiue in plantis: si ꝛo operatio illa consistat in passione: adest ei principium passiuũ: sicut pꝫ de potẽtijs sensitiuis in animalibus: hõ aũt est pfectissimus inter oia inferiora mouẽtia: cuius aũt ꝓpria ꝛ naturalis operatio est itelligere q̃ nõ completur sine passione quedã inquantum glibet intellectus patitur ab intelligibili: ꝛ est ẽt sine actione inquãtuꝫ intellectus facit intelligibilia in potẽtia ee intelligibilia in actu: opꝫ igit̃ in natura hominis ee vtriusq; ꝓprium principiuꝫ. s. intellectum agẽtem ꝛ possibilẽ ꝛ neutrum fm esse ab anima hominis separatum esse.

7 ¶ Adhuc si intellectus agẽs est quedam substãtia separata: manifestuꝫ est q⁹ est supra naturam hominis: operatio aũt̃ quaꝫ homo exercet sola ꝛtute alicuius supernaturalis substãtie est operatio supernaturalis: vt miracula facere ꝛ prophẽtare. ꝛ alia huiusmodi que diuino munere hoies operãtur: cum igitur homo nõ possit intelligere nisi virtute intellectus agẽtis: si intellect⁹ agẽs est quedã substãtia ꝛpara: sequit̃ q⁹ intelligere non sit operatio propria ꝛ nalis hominis: ꝛ sic homo nõ poterit dici per hoc q⁹ est intellectiuus aut rationalis.

8 ¶ Preterea nihil operatur nisi p aliquã virtutem que formaliter in ipso est. (Vnde Aristo. in. 1. de anima). ostendit q⁹ quo vivimus ꝛ sentimus est forma ꝛ actus. sed vtraq; actio. scilicet intellectus possibilis ꝛ intellectus agẽtis conuenit homini: homo enim species abstrahit a fantasmatibus. ꝛ recipit mẽte intelligibilia actu: nõ enim aliter in noticiam harum actionum venire

ter. cõ. 4. ꝛ. 5.

in ꝓbẽ⁰

cõparat opi. aui. opi. archi. quorũ. de gene. rerũ nãlium.

ter. cõ. 28.

mus nisi ea in nobis experiremur. oportz igitur q principia quibus attribuūtur hec actiones scilicet intellectus possibilis t agēs sint virtutes quedam in nobis formaliter existētes. ℣ Si autez dicatur q hec actiones attribuuntur homini inquātum predicti intellectus continuātur nobis vt Auerrois dicit. (iam supra ostensum est). q cōtinuatio intellectus possibilis nobiscum fit quedam substantia separata: qualez ipe intelligit non sufficit ad hoc q ipsum intelligamus. ℣ Similiter etiam patet de intellectu agente. comparatur enim intellectus agens ad species intelligibiles receptas in intellectu possibili: sicut ars ad formas artificiales que per artem ponuntur in materia. (vt patet ex exemplo Aristotelis in tertio de anima). Forme autem artis non consequuntur actionem artis: sed solaz similitudinem formalez: vnde nec subiectū harum formarum potest p huiusmodi formas actionez artificis facere: ergo nec homo per hoc q sunt in ipso species intelligibiles actu facte ab intellectu agēte potest facere operationem intellectus agentis.

Impugnatio.

terra. cō. 17.

8° sm auer. 20.

℣ Adhuc vnumquodqz quod non potest exire in propriam operationem nisi p hoc quod mouetur ab exteriori principio magis agitur ad operandum: q̄ quod ipsum agat: irrationalia enim magis aguntur ad operandum quā seipsa agant: quia omnis operatio eorum dependet a principio extrinseco mouente. sensus autem motus a sensibili exteriori imprimit in fantasiam: t sic per ordinem procedit in omnibus potētiis vsqz ad motiuas. operatio autem propria hominis est intelligere: cuius primum principium est intellectus agens qui facit species intelligibiles: a quibus patitur quodammodo intellectus possibilis. qui factus in actu mouet voluntatem. Si igitur intellectus agens est quedaz substantia extra hominem. tota operatio hominis dependet a principio extrinseco: non igitur erit homo agens seipsum: sed actus ab alio: t sic non erit dominus suarum operationum: nec meretur laudem aut vituperium. t perbibet tota scientia moralis t conuersatio politica: quod est inconueniens. non est igitur intellectus agens substātia separata ab hoie.

℣ Si non est impossibile intellectū possibilē t agētē in vna substātia alie cōuenire. 77.

Videbitur autem forsan alicui hoc esse impossibile q vna t eadem substantia. scilicet nostre anime sit in potētia ad omnia intelligibilia quod pertinet ad intellectū possibilem. t sit ei actu quod est intellectus agentis: cum nihil agat sm q est in potentia: sed sm q est in actu: vnde non videbitur q agens t possibilis intellectus possint in vna substantia anime conuenire. ℣ Si quis autem recte inspiciat nihil inconueniens aut difficile sequitur. ℣ Nihil enim prohibet hoc respectu illius esse sm quod in potentia: t sz aliquid in actu: sicut in rebus naturalibus videmus: aer enim est actu humidus t potentia siccus. terra autem econuerso: hec autē operatio inuenitur esse inter animaz intellectiuam t fantasmata: habet enim anima intellectiua aliqd in actu ad q̄ fātasma ē in potētia: t ad aliqd q̄ in fātasmatib⁹ actu inuenit: hz eni substātia aie humane immaterialitatē. (Et sicut ex dictis patet). ex hoc habet materiam intellectualem: quia omnis substantia immaterialis est huiusmodi. Ex hoc autem nondum habet quod assimiletur huic vel illi rei determinate quod requiritur ad hoc q̄ anima nostra hanc vel illam rem determinate cognoscat: omnis enim cognitio fit secundum similitudinem cogniti in cognoscente. Remanet igitur ipsa anima intellectiua in potentia ad determinatas similitudines rerum cognoscibilium a nobis que sunt nature rerum sensibilium. t has quidem determinatas naturas rerum sensibilium presentant nobis fantasmata. que tamen nondum peruenerunt ad esse intelligibile cum sint similitudines rerum sensibilium etiam secundum conditiones materiales que sunt proprietates individuales. Et sunt etiam in organis materialibus. Non igitur sunt intelligibilia actu: t tamen quia in hoc homine. Cuius similitudinem representant fantasmata est accipere naturam vniuersalem denudatam ab omnibus conditionibus individuātibus: sunt intelligibilia in po-

Concl°

pbatio.

sentia: sic igitur habent intelligibilitatē in potētia. determinationē aūt similitudinis rex in actu: ecōtrario aūt erat in anima intellectiua. ¶ Est igit in anima intellectiua virtus actiua in fantasmata faciēs ea intelligibilia actu: et hec potētia anime vocatur intellectus agēs. ¶ Est ēt in ea virtus q̄ est ipotētia ad terminatas similitudines rex sensibiliū: et hec est potētia intellectus possibilis. ¶ Differt tamē hoc quod inuenit in aia ab eo quod inuenit in agētibus nālib⁹. q̄ ibi vnū est ipotētia ad aliud fm eūdem modū quo in altero inuenit actu: naz materia aeris est in potētia ad formā aque. eo modo quo est in aqua. et ideo corpa naturalia que cōficabant in mā eodē ordine agunt et patiūtur adinuicē: anima aūt intellectiua nō est in potētia ad similitudines rex q̄ sūt in fantasmatibus p modū illū quo sunt ibi sed fm quod ille similitudines eleuant ad aliqd altius vt. s. sint abstracte a conditionibus indiuidūalibus mālib⁹ et quo fiūt intelligibiles actu. et iō actio intellect⁹ agētis in fantasmate p̄cedit receptionē intellectus possibilis: ac sic principalitas actionis nō attribuitur fantasmatibus sed intellectui agēti: ꝓpter quod. Aristo. dicit q̄ se hz ad possibilem sicut ars ad mām. ¶ Dubius aūt erēplū oīno sīle eēt si oculus simul cū hoc q̄ est diaphanum et susceptiuus colox hēret tamē de luce quod posset colores facere visibiles actu: sicut q̄dā sialia dicunt sui oculi luce sufficiēter sibi illumiare obstātia: ꝓpter quod de nocte vidēt magis: in die vo nimus: sunt. n. debiliuz oculox q̄ a qua luce mouētur: ad multā autē cōfunduntur.

¶ Cui ēt simile est in intellectu nostro qui ad ea que sunt manifestissima se habz sicut oculus noctue ad solem: vñ parū sūme intelligibile q̄ est nobis cōnaturale sufficit ad nostrū intelligere. ¶ Oīs autem lumē intelligibile nostre aie cōnaturale sufficiat ad faciēdum actionē intellectus agētis: ꝓz si quis cōsideret necessitatē ponēdi intellectum agentē: inueniebat. n. aia nostra in potentia ad intelligibilia sicut sensus ad sensibilia: sicut. n. nō semper sentimus: ita non semp intelligimus: hec autē intelligibilia q̄ aia intellectiua hūana intelligit ¶ Plato posuit eē intelligibilia p̄ seipa. s. ideas: vñ nō erat ei necessarium ponere intellectū agentē intelligibilia. Si aūt hoc eēt vex: oporteret q̄ quāto aliqua sunt fm se magis intelligibilia magis intelligerentur a nobis. (qđ paret eē falsum). nā magis sūt nobis intelligibilia que sunt sensui primiora q̄ in se sūt minus intelligibilia: vnde Aristo. fuit motus ad ponēduz q̄ ea que sunt nobis intelligibilia nō sunt aliqua existētia intelligibilia p̄ seipsa: sed q̄ fiūt ex sensibilibus: vnde oportuit q̄ poneret virtutē que hoc faceret e hec est intellectus agēs. ad hoc ergo ponitur intellectus agēs vt faceret intelligibilia nobis ꝓportionata: hoc autē nō excedit modū luminis intelligibilis nobis cōnālis

¶ Vnde nihil ꝓhibet ipsi lumini nre anime attribuere actionem intellectus agentis. et precipue cum Aristotel. intellectum agentem comparet lumini. 3° de aia tex. cō. 17.

¶ Oīs non fuit sententia Aristo. de intellectu agente q̄ sit substantia separata: z magis q̄ sit aliquid anime. 78.

Aia vero platonis opinionem supra posite assentiūt credentes eā fuisse opinionē Aristo. ostēdenduz est ex vbis eo⁹ q̄ ipse hoc nō sensit de intellectu agēte q̄ sit substātia separa. ¶ Dicit. n. primo q̄ sicut in oi natura est aliqd quasi mā in vnoquoq; genere: et hec est in potētia ad oia q̄ sūt illius generis: et altera eā ē quasi efficiens qđ facit oia que sunt illius generis: sicut se habz ars ad māz: necesse est et in aia esse has differentias: et hmōi quidē. s. q̄ in aia est sicut materia intellectus possibilis in quo fiūt oia intelligibilia: ille vo q̄ in aia ē sicut efficiēs eā est intellectus in quo est oia facere. s. intelligibilia in actu. i. intellectus agēs qui est sicut habitus: et nō sicut potētia. ¶ Qualiter aūt dixerit intellectū agentem habitū exponit subiūgēs qđ est sicut lumē: quodā. n. modo lumē facit potentia colores eē actu colores inquātū. s. facit eos visibiles actu: hoc aūt circa intelligibilia attribuitur intellectui agēti. ¶ Et hic autez manifeste habet q̄ intellectus agēs non sit substātia separa: sed magis aliqd aie. exprel se enīz dicit q̄ intellectus possibilis et agēs sunt differētie aie: et q̄ sunt in anima: neu- tex. cō. 18.

ra ergo eorum est substantia separata.
2 ¶Adhuc ratio eius hoc idē ostendit: qz in omni mā in qua inuenit potentia t actꝰ est aliquid quasi materia qđ est in potētia ad ea que sunt alterius generis: t aliqd quasi agens qđ reducit potentiā in actū. Sicut in artificialibus est ars t mā: sed alia intellectiua est quedā nā in qua inuenit potētia t actus: cū qñqz sit actu intelligens: t quādoqz in potentia. est igitur in nā aie intellectiue aliquid quasi mā: qđ est in potentia ad ala itelligibilia qđ dicit intellectus possibilis: t aliqd quasi cā efficiens qđ facit oīa in actu. t dr intellectus agens: vterqz igit intellectus fm demonstrationem Aristo. est in natura anime t non aliquid separatum fm esse a corpore: cuius alia est actus.
3 ¶Amplius Aristote. dicit qꝫ intellectus agens est sicut habitus qđ est lumē: habitus aūt nō figuratur vt aliquid p se existēs: sed alterius habētis: nō est igit intellectus agēs aliqua substā separatam per se existēs: sed est aliquid aie humane. ¶Nō aūt intelligit fra Aristo. vt habitus dicat eē effectus intellectus agētis: sed vt sit sensus: intellectus agēs facit hoiem intelligere omnia qđ est sicut habitus. hoc.n. est diffinitio habitus. (vt Cōmē. Auerrois ibidem dicit). qꝫ his habitū intelligat per ipsum qđ est sibi proprium et se: t qñ voluerit abiqz hoc qꝫ indigeat in eo aliquo extrinseco: expresse.n. assimilat habitui nō ipsuz factū: sz intellectū quo est oia facere. ¶Nec tñ intelligēdū est qꝫ intellectus agens sit habitꝰ per modum quo habitus est in sexta specie qualitatis: fm qꝫ quidā dixerunt intellectū agētē eē habitū principiorꝫ. qz habitus ille principiorꝫ est acceptus a sensibilibus. (vt probat Aristo. in. 2. posteriorꝫ). t sic oz qđ sit effectus intellectus agētis: cuius est facere intellecta in potētia intellecta in actu: sed accipit habitus fm qꝫ diuidit cōtra ꝓpriationē t potētiā: sicut oīa forma t actus pōt dici habitus. t hoc apparet. qz dicit hoc mō intellectū agentē eē habitū: sicut lumē habitus est. ¶Deinde subiungit. (qꝫ hic intellectus. s. agens est separatus t immixtus t impassibilis t substātia actu est). horꝫ aūt quatuor q attribuit intellectui agēti duo supra expresse de intellectu possibili dixerat. s. qđ sit immixtus t qꝫ sit separatus. tertium. s. qđ sit impassibilis sub distinctōe dixerat. (ostēdit.n. primo). tertio qđ nō ē passibilis sicut sensus. ¶Et postea modū ostendit qđ cōiter accipiendo pati. tertio passibilis est inquātū est. s. in potētia ad intelligibilia. ¶Quarto vero oino negauit de intellectu possibili dicēdo qđ erat in tertio potentia ad intelligibilia t nihil horꝫ erat actu ante intelligere. sic igit in duobus primis itellectus possibilis cōuenit cū agēte: in tertio partim cōuenit. t partim differt: in quarto aūt oino differt agens possibili.
¶Has quattuor cōditōes agentis ꝓbat per vnā rōnem subiungēs. (semp.n. honorabilius est agēs patiēte t principiū. s. actū cō. 19. tum mā). supra.n. dixerat. (qđ intellectus agēs est sicut cā efficiēs: t possibilis sicut mā). ¶Per hoc aūt mediū cōcludunt duo prima sic: agēs est honorabilius patiēte t mā: sed possibilis q est sicut patiēs t materia est separatus t immixtus. (vt supra patum est). ergo multo magis agēs: alia vero per hoc mediū sic excludunt: agēs i hoc est honorabilius patiēte t materia qꝫ cōparatur ad ipsuz. sicut agēs t actu ens ad patiēs t ens in potētia. intellectus autem possibilis est patiēs quodāmō t potētia ens: intellectꝰ igit agēs. ē nō patiēs t actu ens.
¶Patet aūt qꝫ nec er his verbis Aristo. hēi pōt qꝫ intellectus agēs sit qđā substantia separata: sed qꝫ sit separatus hoc modo quo supra dixit de possibili. s. vt nō habeat organū. ¶Qđ aūt dicit qꝫ est substantia actu ens nō repugnat ei qꝫ substantia anime est in potētia. (vt supra ostēsum est). ca. 76.
Deinde subiungit. (Idē aūt est fm actuz tertio scia rei). in quo Cōmē. dicit. (qꝫ differt in cō. 20. tellectus agēs a possibili. nā intellectu agē- cōmē.
te idē est intelligēs t intellectū: nō aūt impossibili). Hoc aūt manifeste est cōtra in- Impu-
tentionē Aristo. nā supra eadē verba dixerat de intellectu possibili vbi dixit de intellecto possibili. (qꝫ ipse intelligibilis est sicut intelligibilia. in his.n. que sine materia sūt cō. 15. idē est intelligēs t qđ intelligit: scientia nāqz speculatiua t quod speculatū est idez est). manifeste enim per hoc qꝫ intellectus possibilis prout est actu intelligens idē est cuz eo qđ intelligit. vult ostēdere qꝫ intellectus

ter. cō. vicimi

tertio. cō. 19. tertio. cō. 6.

possibilis intelligit sicut alia intelligibilia: t
tertu. primū supra dixerat. (q; intellectus possibi-
cō.14. lis est quodāmodo intelligibilia: sed nihil
actu est antequ; intelligat). vbi expresse dat
intelligere q; p hoc q; intelligit actu fit ipsa
ter.9.3. intelligibilia. ¶ Nec est mirū si hoc dicit
de intellectu possibili: qa hoc etiā supra di-
cerat de sensu t sensibili p; actū: sensus.n.
fit actu p speciē sensatā in actu: t similiter
intellectus possibilis fit actu p speciē intelligi
bilē actu: t hac ratiōe intellectus in actu di
cit ipsuz intelligibile in actu. ¶ Est igit di
cendū q; postquā Aristo. determinauit de
intellectu possibili t agēte: hic incipit deter
vz ter. minare de intellectu in actu dicens. (q; sci
cō.20. entia in actu est idē rei scite in actu. ¶ De
inde dicit. (qui vero secundus potentiam
tēpore prior in vno est: omnino autē neq;
in tēpore). qua quidē distinctione inter po
tentiam t actū in pluribus locis vtitur. s.
q; actus secundū naturam est prior potē
tia: tempore vero in vno t eodē quod mu
tatur de potentia in actū est prior potētia
actu: simpliciter vero loquendo non est: po
tentia etiam tempore prior actu: qa potētia
nō reducit in actū nisi per actum: dicit er
go q; intellectus qui est secundū potentiā
.s. possibilis prout est in potētia prior est tē
pore q; intellect⁹ in actu: t hoc dico in vno
t eodē: nō tamē omnino. i. vltra: qa intelle
ctus possibilis reducit in actū p intellectū
agentē qui est in actu vt dixit: t iterum p
aliquē intellectū possibilem factum actu.
tertu. (vnde dicit in. 3. phisicorum q; ante addi-
cō.20. scere indiget aliquis docente vt reducatur
de potentia in actum). sic igitur in verbis
istis ostendit ordinem intellectus possibi-
lis prout est in potentia ad intellectum in
actu. ¶ Deide dicit. (s; nō aliquādo qdē
intelligit. t aliquādo nō intelligit). in quo oñ
dit differētiam intellectus in actu: t intel-
lectus possibilis. (supra.n. dixit de intellectu
tertu. possibili q nō sem p intelligit: s; q̄nq; nō intel
cō.14. ligit). qn̄. s. est in potētia ad intelligibilia: qn̄
q; intelligit quādo. s. in actu ipsa: intellect⁹
autem per hoc fit actu q; est ipsa intelligi-
bilia vt iam dixit vnde nō competit ei qn̄
in codē q; intelligere t q̄nq; nō intelligere. ¶ De
tertu. inde subiungit. (Segnū autē hoc solū qđ
cō.20. vere est). quod non p̄t intelligi de agēte:
nō.n. ipse solus est separatus. q; iam idem
dixerat de intellectu possibili: nec potest in-
telligi de possibili: q; iam idem dixerat de
agente. Relinquit ergo q; dicat de eo qđ
oppebēdit vtrūq;. s. de intellectu in actu de
quo loquebat: q; hoc solū in anima nostra
est separatum non vtens organo qđ pertinet
ad intellectū in actu. i. illa pars anime qua
intelligimus actu comprehendens possibi-
lem t agentē. ¶ Et ideo subiungit. (q; hoc vbi sup
solus anime est immortale t ppetuū). q̄si
a corpore nō dependens cum sit separatū.
¶ Q; anima būana corrupto corpore non
corrumpitur. 79.

Ex premissis igit manifeste ostēdi pōt aiam humanā nō corrūpi corrupto corpore. ¶ Ostensum est.n. supra
ēm substantiā intellectualē ee incorrupti
bilem: aia aūt hois est qdam substantia in
tellectualis. (vt ostensum est). oportet igi-
tur animam humanam incorruptibilē ee.
z ¶ Adhuc nulla res corrūpit er eo in quo
consistit sua pfectio: hec.n. mutatiōes sunt
cōtrarie. s. ad pfectionē t corruptionē: pfec-
tio aūt aie humane consistit in abstratiōe
quadā a corpore: phisi.n. aia scia t virtute:
scōm sciam aūt: tanto magis pficit: quāto
magis in mālia considerat: virtutis aūt p-
fectio consistit in hoc q; bō corporis passio
nes nō sequat. sed eas frn rōnez tēperet t
refrenet: nō ergo corruptio aie consistit in
hoc q; a corpore seperet. ¶ Si aūt dicatur Instan
q; pfectio aie consistit in separatiōe eius a tia
corpore scōm operationē. corruptiōi autez
in separatiōe scōm ee. ¶ Nō conueniēter Impu-
obuiat: operatio.n. rei demōstrat substātiā gnatio
t ee ipsius: qa vnūquodq; operat scōm qđ
est ens: t propria opatio rei sequit propriaz
ipsius nām: nō pōt igit pfici opatio alicui⁹
rei: nisi scōm q; pficit eius substātia: si igit
aia secūdū operationē suaz pficit in relinquē
do corpus: t corporea substantia sua in esse
suo: nō deficit p hoc q; a corpore separat.
z ¶ Item propriū pfectiuum hois secundus
aiam est aliquid incorruptibile: propria.n.
opatio hois inquantū hmōi est intelligere:
per hanc .n. differt a bruto t plantis t in-
animatis. Intelligere.n. est vtuum t incor-

ruptibiliū inquantū hmōi: pfectiones aūt oportet esse perfectibilibus ꝓportionate: ergo anima humana est incorruptibilis.

4 ¶Amplius impossibile est appetitum naturalem eē frustra: sed bō naturaliter appetit perpetuo manere: quod pz er hoc q̄ esse est quod ab oibus appetit: bō aūt per intellectum apprehendit eē nō solum. vt nunc sicut bruta alia: sed simpliciter: cōsequitur ergo bō ꝑpetuitatē secundum animā quae esse simplr̄ t sm omne tēpus apphendit.

5 ¶Itē vnūquodq; quod recipit in aliquo recipit in eo scōz modū ei⁹ in quo ē: forme aūt res recipiunt in intellectu possibili, put sunt intelligibiles actu: sunt aūt intelligibiles actu prout sunt imateriales t vniuersales, t per consequēs incorruptibiles: ergo intellectus possibilis est incorruptibilis. (Sed sicut probatum est supra). Intellectus possibilis est aliquid anime humane. Est igitur anima humana corruptibilis.

6 ¶Adhuc eē intelligibile est permanētius q̄ eē sensibile. sed id qō se bz in rebus sensibilibus per modū proprii primi recipiēte est incorruptibile sui suā substantiā. s. materia prima: multo igit̄ fortius intellectus possibilis qui est receptiuus formaꝝ intelligibiliū. Ergo t anima humana cuius intellectus possibilis est: pars est incorruptibilis.

7 ¶Amplius facere est honorabili⁹ facto. (vt alia Aristo. dicit). sed intellectus agēs facit actu intelligibilia. (vt ex premissis patet). cuz igitur intelligibilia actu inquantū huiusmodi sint incorruptibilia: multo fortius intellectus agens erit incorruptibilis. ergo t anima humana: cuius lumen est intellectus agens. (vt ex premissis patet).

8 ¶Item nulla forma corrumpitur nisi vt actione contrarij: vel per corruptionem sui subiecti: vel per defectū sue cause. ¶Per actionem quidem contrarij sicut calor destruitur per actionem frigidi. ¶Per corruptionē autem sui subiecti sicut destructo oculo destruitur vis visiua. ¶Per defectum autem cause sicut lumen aeris deficit deficiente solis presentia que erat ipsius causa. ¶Sed anima humana non potest corrumpi per actionem cōtrarij: nō est. n. ei aliquid contrarium: cum per intellectuz possibilem ipsa sit cognoscitiua t receptiua omnium contrariorum. ¶Similiter aūt neq; per corruptionem sui subiecti. (ostensum est enim supra). q̄ anima humana est forma non dependens a corpore sm suum esse. ¶Similiter autem neq; per deficientiam sue cause. quia non potest habere aliquā causam nisi eternā. (vt infra ostēdet). nullo igitur mō alia humana corrūpi pōt.

9 ¶Adhuc si anima humana corrumpitur per corruptionem corporis: oportet q̄ eius esse debilitetur per debilitatem corporis. Si autem aliqua virtus anime debilitetur debilitato corpore: hoc non est nisi per accidens: inquantuz scilicet virtus anime indiget organo corporali: sicut visus debilitatur debilitato organo per accidēs tamen: quod er hoc patet. Si enim ipsi virtuti per se accideret aliqua debilitas nunq̄ restauraretur organo reparato. Videmus autem q̄ quantūcūq; vis visiua videatur debilitata si organum reparetur vis visiua restauratur. (vnde dicit Aristote. in primo de anima q̄ si senex accipiat oculum iuuenis videbit vtiq; sicut iuuenis). cum igitur intellectus sit virtus anime que non indiget organo. (vt ex premissis patet). ipse nō debilitatur: neq; per se: neq; per accidens per senium vel per aliquam aliam debilitatem corporis. Si autem in operatione intellectus accidit fatigatio aut impedimentum propter infirmitatem corporis: hoc nō est propter debilitatem ipsius intellectus. sed propter debilitatem virium quibus intellectus indiget scilicet imaginationis memorative t cognitiue virtutum. ¶Patet igitur q̄ intellectus humanus est incorruptibilis. ergo t anima humana que est intellectiua quedam substantia. ¶Hoc etiaz apparet per auctoritatem Aristo. dicit enim in primo anima. (q̄ intellectus videt quedam substantia esse t non corrumpi). quod autem hoc nō possit intelligi de aliqua substantia separata que sit intellectus possibilis vt agens. (ex premissis haberi potest).

10 ¶Preterea apparet ex ipsis verbis Aristo. in. ij. metha. vbi dicit cōtra ¶Parmenidem loquēs. (q̄ cause mouentes preexistūt: causa vero formales sūt simul cū his quoz sūt cause. qñ enim sanatur homo tūc sanitas est t nō prius.) ꝫ hoc q̄ ¶Plato posuit for-

tertu. cō. 65.

tertu. cō. 65.

vel. ij. tertu. cō. 16.

mas rerū precessisse rebus. ℣ Et hic dictis postmodū subdit. (si aūt t posteri⁹ aliquid manet p̄scrutādū est nā in ḡbusdā nihil ꝓhibet vt si est aia tale nō omnis. Sz intellectus). Ex quo patet cum loquatur de formis q̄ vult itellectū q est forma hominis post materiam remanere. s. post corpus. ℣ Patet aūt ex p̄missis verbis Aristo. q̄ licet ponat aiaz esse formā: nō tamē pōit eā nō subsistentē. t q cōsequēs corruptibilē. (sic Brego. nisseⁿ⁹ ei iponit). nā a generalitate aliarū formaꝝ aiam intellecti uā excludit: dicēs eā post corp⁹ remanere t substantiā quādā eē. ℣ Premissis autē sniis catholice fidei cōcordat. (dicit. n. in libro de ecclesiasticis dogmatib⁹). Solum hoiem credim⁹ habere aiaz substātiuā q̄ t exuta corpe viuit t sēsus suos atq; ingenia viuaciter tenet neq; cū corpore morit: sicut arabes asserit: neq; p⁹ modicū iteruallū sic ℨenō q: substātialr viuit. ℣ Per hoc aūt excludit error ipioꝝ ex q̄ꝝ ꝓba dr. Sap. 2. (Ex nihilo nati sum⁹. t post hoc erim⁹ tā q̄ nō fuerim⁹). t ex quoꝝ ꝓsona dicit Salomō Ecclesiastes. 3. (Vn⁹ ē iterit⁹ hoiz t iumētoꝝ t eq̄ virtusq; ꝯditio). sicut moritur hō: sic t illa moriunt. sic spirant oia t nihil habet hō iumēto amplⁱ⁹. (Q̄ n. nō ex ꝓsona sua: sz ipsoꝝ dicat patet p hoc q̄ō in fine libri quasi determinādo subiūgit). Donec reuertat puluis in terrā suaz vnde erat. t spūs redeat ad eū q dedit. Infinite eriaz sunt auctoritates sacre scripture que immortalitatem anime protestantur.

¶ Rationes ꝓbantes animā humanam corrūpi corrupto corpore. 80.

Videtur autē quibusdā rōnibus posse probari aias humanas nō posse remanere post corp⁹. ℣ Si. n. aie humane multiplicant secundum multiplicationem coꝝ. (vt supra ostensum est). destructio ergo corporis⁹ non possunt anime in sua multitudine remanere: vnde oportet alterū duorū sequi: aut q̄ totaliter anima humana esse desinat aut q̄ remaneat vna tantū: quod videt esse secundum opinionem eorum qui ponunt incorruptibile. soluz id quod est vnū in omnibus hominibus: siue hoc sit intellectus agēs tantum vt Alexander dicit: siue cum agente eti ani possibilis: vt dicit Auerrois.

2 ¶ Amplius rō formalis est eā diuersitatis sm̄ speciē. sed si remanēt multe anime post corporum corruptionē: oz eas eē diuersas: sicut. n. idē est quod est vnum secundum substantiā: ita diuersa sunt que sunt multa secundum substantiā: nō pōt aūt eē in aiabus remanentibus post corpus diuersitas nisi formalis. nō. n. sunt compositе ex mā t forma. (vt supra probatum est de omni substantia intellectuali). Relinquit igit quod sunt diuerse secundum spēm. nō aūt per corruptionē corporis mutant aie ad aliam spēm: q: oē quod mutat de spē in spēm corrumpit. Relinquit ergo q̄ anteq̄ eēnt a corporibus separate erant sēm spēm diuerse: cōpōsita aūt sortiunt spēm sēm sortē: ergo t idividua hominū erat ꝑz spēm diuersa q̄ ē incōueniēs: ergo impossibile vt q̄ aie humāe multe remanēāt post corpa.

3 ¶ Adhuc videt oino eē impossibile ꝑz ponentes eternitatē mundi: ponere q̄ aie humane in sua multitudine remanent post mortē corporis. si. n. mundus est ab eterno motus fuit ab eterno. Ergo t generatio est eternā. ꝑz si generatio est eterna: infiniti homines mortui sunt ante nos: si ergo anime mortuoruz remanēt post mortē in sua multitudine: oz dicere animas infinitas eē ḡuē in actu horum priius mortuorum. hoc aūt est impossibile. nā infinitū actu nō pōt eē in natura. Relinquit igit si mundus est eternus: q̄ aie nō remaneāt multe post mortē.

4 ¶ Itē quod aduenit alicui t discedit ab eo ꝓter sui corruptionē aduenit ei accidēs taliter. hec. n. ē diffinitio accidētis. si ergo aia humana nō corrumpit corpore abscedēte: sequet q̄ aia humana accidētaliter corpori vniat: ergo homo est ens p accidēs qui est compositus ex aia t corpore: t sequet viterius q̄ nō sit aliqua spēs humana. nō. n. ex his q̄ cōiunguntur p accidēs fit spēs vna. nā homo albus non est aliqua species.

5 ¶ Amplius impossibile est aliquā substātiam eē cuius nō sit aliqua operatio: ꝑz omnis operatio animē finit cum corpore: quod quidē patet p inductionē. nā virtutes anime nutritiue operant per qualitates corpo

tertu. cō. 17.

Au. catholica

Exclu° erro. sap°.

Eccle° siastes

reas ꝛ per instrumentū corporeū: ꝛ in ipsuz corpus qđ perficit per aiam qđ nutritur ꝛ auget ꝛ ex quo decidit semē ad generationem. operatões enā oēs potentiaz que pertinent ad aiam sensitiuā cōplentur p organa corporalia: ꝛ quedā eaz cōplētur cū aliqua trasmutatiōe corporali: sicut que dicuntur aie passiones: vt amor: gaudiū: ꝛ huiusmodi. Intelligere aūt ꝛ si nō fit opatio per aliquod organū corporale exercita: tamē obiecta eius sunt fantasmata que ita se habent ad ipsaz vt colores ad visum: vnde sicut visus nō pōt videre sine coloribus: ita aia intellectiua nō pōt intelligere sine fantasmatibus. Indiget etiā aia ad intelligendū viribus preparantibus fantasmata ad hoc q̄ fiant intelligibilia actu. s. virtute cogitatiua ꝛ memorativa. de quibus cōstat q̄ cū sint actus quorūdā organoz corporis per que operantur q̄ nō pñt remanere post corpus. (Vnde ꝛ Aristo. dicit q̄ nequaq̄ sine fantasmate intelligit aia). ꝛ q̄ nihil intelligit sine intellectu passiuo quē vocat virtutem cogitatiuā que est corruptibilis. ¶ Et propter hoc dicit in primo de aia. (q̄ intelligere bois corrumpitur quodā interius corrupto. s. fantasmate vel passiuo intellectu). ꝛ in tertio de aia dr. (q̄ nō reminiscimur post mortē eoz que sciuimus in vita). sic igit pz q̄ nulla opatio aie pōt remanere post mortē: neq; igit suba eius manet cū nulla substātia possit eē absq; opatiōe.

3° de aia ter. cō. 30.

3° de aia ter. cō. 20. tertia. cō. 65. tertia. cō. 20.

¶ Improbatio predictarum rōnum. 81.

Solu° pr rōis ca. pce.

AS autē rōnes q̄ falsuz cōcludunt. (vt ex premissis ostēsum est). temptandū est soluere: ac primo sciendū est que cūq; oportet eē immicē coaptata ꝛ proportionata simul recipiunt multitudinē vt vnitatē vnūq̄q; ex sua cā. Si igit eē vni⁹ dependeat ab altero: unitas vel multiplicatio eius etiā ex illo dependet: aliogn ex alia cā intrinseca. Formā igitur ꝛ materiā semp oportet eē adinuicē proportionata ꝛ quasi naturaliter coaptata. q̄ propinus actus in propria materia fit. vnde semper oz q̄ materia ꝛ forma consequātur seinuicē in multitudine ꝛ vnitate. si igitur eē forme dependet a materia: multiplicatio ipsi⁹ a materia dependet. ꝛ filr vnitas. Si aūt nō erit gdez necessariū multiplicari formā sm multiplicationē māe. i. simul cū materia ꝛ pportionē ipsi⁹: nō aūt ita q̄ dependeat vnitas vel multitudo ipsius forme a materia. (ostensum est aūt). quod aia humana est forma sm suū esse a materia nō dependēs: vnde sequit q̄ multiplicatā quidē anime sm q̄ multiplicant corpora. nō tamē multiplicatio corpoz erit causa multiplicatōis aiaz. ꝛ ideo nō oportet q̄ destructis corporibus cesset pluralitas aiarū: vt prima rō cōcludebat. ¶ Ex quo etiā de facili patet respōsio ad secūdā rationē: nō enī quelibet formaz diuersitas facit diuersitatē sm speciez: sed solū illa q̄ est sm pricipia formalia: vel sm diuersaz rationē forme: cōstat. n. q̄ alia est essentia forme huius ignis ꝛ illi⁹: nec tamē est ali⁹ ignis: neq; alia forma secūdū speciē: multitudo igit aiarū a corpoꝛib⁹ separarū cōsequit quidē diuersitatē formaz sm substātiaz: q: alia est substātia hui⁹ aie ꝛ illius: nō tamē ista diuersitas ꝓcedit ex diuersitate pricipioz essentialiū ipsius aie: nec est sm diuersaz rationē ipsius aie: sed est sm diuersaz cōmēsurationē aiarū ad corpora: hec. n. aia est cōmensurata huic corpi ꝛ nō illi: illa aūt alij: ꝛ sic de oib⁹: huiusmōi aūt cōmēsuratiōes remanēt in aiab⁹ ēt peūtibus corpoꝛib⁹: sicē ꝛ ipse earū substātie manēt ꝗfi a corpibus sm esse nō dependētes: sunt. n. aie sm substātias suas forme corporū. alias accidētaliter corpori vnirēt: ꝛ sic ex aia ꝛ corpe nō fieret vnū p se: sed vnū p accīs: inquātū aūt forme sūt oportet eas esse corpoꝛib⁹ cōmēsuratas: vnde patet q̄ ipse diuerse cōmēsuratiōes manēt in aiabus separatis. ꝛ p cōsequēs pluralitas. Occasione aūt tertie rationis inducte alig eternitatē mundi ponentes in diuersas opiniones extraneas inciderūt. ¶ Quidā enīz cōclusionem simpliciter cōcesserunt dicētes aias humanas cū corpoꝛib⁹ penit⁹ iterire. ¶ Alij vero dixerūt q̄ de omnib⁹ aiabus remāet aliqd vnū separatū qđ est oīb⁹ cōe. s. intellect⁹ agens sm quosdā: vel cū eo intellectus possibilis ꝑ aliqđ. ¶ Alij aūt posuerūt animas in sua multitudine post corpora remanere: sed ne cogerentur animaruz ponere infinitatem dixerunt animas easdē

Ad 2am

Ad 3am

diuersis corporibus viri post determinatuz tẽpus: z hec fuit platonicox opinio. (de qua infra agetur). Quidaz vero oia predicta vitantes dixerunt nõ eẽ inconueniens alias separatas actu existere infinitas: esse enim infinitũ actu in his que nõ bñt adiunctẽ ordinẽ est eẽ infinitũ per accidens: qõ ponere nõ reputant inconueniens z est positio Auicẽne z Alpazelis. ¶ Quid aũt horum Aristo senserit ab eo expresse nõ inuenitur cũ tamẽ expresse mũdi eternitatẽ ponat. ¶ Vltima tamẽ predictax opinionũ principijs ab eo positis repugnat. (nã in 3. phificox z in primo celi z mundi). probat infinitũ nõ eẽ actu in corporibus naturalibus. nõ aũt in substantijs imaterialibus.

Certũ tamẽ est circa hoc nullã difficultatẽ pati catholice fidei professores qui eternitatem mũdi nõ ponunt. Nõ est etiã necessarium q; si alia manet corpore destructo q; fuerit ei accidentaliter vnita. (vt quarta ratio concludebat). accidens. n. deseribiℓ qõ põt adesse vel ab eẽ preter corruptionẽ subiecti cõpositi et mã z forma: si aũt referat ad principia cõpositi subiecti: vex nõ inuenitur: cõstat. n. materiam primam ingenitam z incorruptibilẽ eẽ. (vt ꝓbat Aristo. in primo phificox). vnde recedente forma manet in sua essentia: nõ tamẽ forma accidentaliter ei vniebat: sed essentialiter: vniebatur enim ei scõm eẽ vnũ: similiter autez alia vnitur corpori scõm eẽ vnum. (vt supra ostensum est). vnde licet maneat post corpus: substantialiter ei vnitur nõ accidẽtaliter. qõ aũt materia pria remaneat actu post formam: nõ est nisi scõm actum alterius forme. alia aũt humana manet in actu eodem: z er hoc contingit q; alia humana est forma z actus: materia aũt prima potẽtia ens. ¶ Q; aũt quinta rõ ꝓponebat nullam operationẽ posse remanere in anima. si a corpore separetur: dicimus eẽ falsũ: manent. n. operationes ille que per organa nõ exercentur: hmõi aũt sunt intelligere z velle: que aũt per organa corporea exercẽtur. sicut sunt operatões anime nutritiue z sensitiue. z hec nõ manent. ¶ Sciendum tñ est q; alio mõ intelligit alia separata a corpore: z corpori vnita: sicut z alio modo est: vnũquodq; n. sc ẽm hoc agit scdm q; est: eẽ quidem anime humane dum est corpori vnita. z si fit absolutum a corpore non dependens. tamẽ stramentuz quoddã ipsius z subiectum ipsuz recipiens est corpus: vnde z consequenter operatio propria eius q; est intelligere. z si nõ dependeat a corpore quasi per organum corporale exercita: habet tamẽ obiectũ in corpore. s. fãtasma. vnde q;diu est alia in corpore nõ põt intelligere sine fantasmate. nec etiã reminisci nisi p virtutẽ cogitatiuã z memoratiuã per quã fantasmata preparantur. (vt er dictis pz). z propter hoc intelligere q;ruz ad hũc modũ. z similiter reminisci destruitur corpore destructo: esse vero anime separate est ipsi soli absq; corpore. vnde nec eius operatio que est intelligere explebitur per respectuz ad aliqua obiecta in corporeis organis exñ stentia que sunt fantasmata: sed intelliget p seipsam per modũ substantiax que sunt totaliter scõm eẽ a corporibus separate. (de quibus infra agetur). a quibus etiã tanq; a superioribus vberius influentiã recipere poterit ad perfectius intelligendum. Cuius signum etiam in viuentibus apparet. nam anima q; impeditur ab occupatione circa corpus proprium: redditur debilior ad intelligendum aliqua altiora: vnde z virtus temperantie que a corporeis delectatõib9 retrahit animam precipue facit homines ad intelligendum apros. Dormientes etiam dormientes q; corporeis sensibus nõ vtũtur. nec est aliqua perturbatio humorũ aut fumositatũ impediens: percipiunt de futuris et superiox impressione aliqua q; modum ratiocinationis humane excedunt: z hoc multo magis accidit in syncopizantibus z extasim passis: quanto magis fit retractio a corporeis sensibus. Nec immerito hoc accidit. quia cum alia humana. (vt supra ostensum est). sit in confinio corporũ z incorporearum substantiax quasi in orizonte existẽs eternitatis z tẽporis recedẽs ab infinito appropinquat ad sũmũ. vnde z q; totaliter erit a corpore separata ꝓfecte assimilabit substantijs separatis quantum ad modum intelligendi: z habendi influentiam eax recipiet. sic igitur. z si intelligere nostrum scõm modũ presentis vite corrupto corpore corrũpatur. succedet tñ alia ma

ca° .83. 3n p3 opi.

Auice. 6. nie cap°. 2. ti

ad 4am

eternũ cõ. 82.

ad 5am

pñti lib. ca. 68.

dus intelligendi altior. Reminisci autem cum sit actus per corporeum organum exercitus. (vt in libro de memoria & reminiscentia Aristo. probat). nō poterit post corpus in aia remanere. nisi reminisci equivoce sumat pro intelligētia eoꝝ que qs prius nouit. quam oportet animę separate ad eē etiam eorum que nouit in vita. cum species intelligibiles in intellectu possibili indelibiliter recipiantur. (vt dictum est supra). Circa alias vero animę operationes. sicut est amare gaudere. & alia hmōi est equivocatio cauenda. nam quandoqꝫ sumuntur. vt sunt animę passiones. & sic sunt actꝰ sensibilis appetitus secundum concupiscibilē vel irascibilem cum aliqua permutatione corporali. ¶ Sic in anima manere nō possunt post mortem. (vt Aristo. probat in libro de anima). sumuntur autem quādoqꝫ pro simplici actu voluntatis qui est absqꝫ
ca. vitio passione. (vnde Aristo. in. 7. ethicorum). qꝫ
cap°. 8. deus vna simplici operatōe gaudet. ¶ Et
cap°. 5. in. 1. qꝫ in contemplatione sapientie est delectatio admirabilis. ¶ Et in. 8. (amorem amicitie ab amatione que est passio distinguit). Cum vero voluntas sit potentia nō vtens organo. sicut nec intellectus: palam est huiusmodi secundum qꝫ sunt actus voluntatis in aia separata remanere. ¶ Sic igitur ex predictis rationibus concludi nō potest animam hominis esse mortalem.

¶ Q̄ anime brutorum animaliū non sunt immortales. 81.

EX his autem que dicta sunt euidenter ostenditur brutorum animas non esse immortales. ¶ Jam enim ostensum est qꝫ nulla operatio sensitiue partis esse sine corpore potest: in animabus autem brutorum nō est inuenire aliquā operationem superiorem operationibus sensitiue partis. nō. n. intelligunt: neqꝫ rōcinātur: qđ ex hoc apparet. qꝫ oia animalia eiusdē speciei similiter operantur. quasi a natura mote & non ex arte operationes. omnes. n. prundo similiter facit nidum. & oes aranee similiter telam. nulla igitur operatio est animę brutorum que possit sine corpore eē: cū igitur oes substantia aliquaꝫ operationē habeat non poterit anima bruti absqꝫ corpore esse: ergo pereunte corpore perit.

2 ¶ Jtē oīs forma separata a mā est intellecta in actu: sic. n. intellectus agēs facit species intelligibiles actu inquātū abstrahit eas. (vt ex supradictis patet). sed si aia bruti manet corrupto corpore: erit forma a materia separata: ergo erit forma intellecta in actu: sed in separatis a materia idē est intelligēs & intellectū. (vt Aristo. dicit in. 3. de aia). terti. cō. 16. ergo anima bruti si post corpꝰ manet erit intellectualis: quod est impossibile.

3 ¶ Adhuc in qualibet re que pōt pfici ad aliquā pfectionē inuenit naturalis appetitus illius pfectiōis: bonū enī est qꝫ oia appetunt: ita tamē qꝫ vnūquodqꝫ ppriū bonum: in brutis autem non inuenitur aliquis appetitus adesse perpetuum: nisi vt perpetuent secundū speciē inquantū in eis inuenit appetitus generationis p quā spēs perpetuat: quod quidē inuenit & in plantis & in rebus inanimatis: nō aūt quātum ad proprium appetitū animalis inquantum est animal qui est appetitus apprehensionem consequens: nam cum anima sensitiua non apprehendit nisi hic & nūc: impossibile est qꝫ apprehendat esse perpetuum: neqꝫ ergo appetit appetitu animali: non est igitur anima bruti capax perpetui esse.

4 ¶ Amp. cū delectationes operatiōes perficiant. (vt patet per Aristo. in prio ethicorū). ad hoc ordinat operatio cuiuslibet rei sicut in finē in quo sua delectatio figit: delectationes aūt brutorū animaliū oēs referunt ad cōseruatiū corporis: nō. n. delectant in somnis: odoribꝰ: & aspectibꝰ nisi ꝓpter hoc qꝫ sit indicativa ciborū vel venereorum: circa que ē oīs eoꝝ delectatio: tota igitur operatio eorum versatur ad cōseruationem esse corporei sicut in finem: igitur est eis aliquō esse absqꝫ corpore. ¶ Huic autem sententie doctrina catholice fidei concordat: dicitur enim. Aug. 8. scriptu. Beñ. 9. de animalibus brutis. (Anima illius in sanguine est). quasi dicat: ex sanguinis permanentia eē illius dependet. ¶ Et in lib. de ecclesiasticis dogmatibꝰ. (Solū hominē dicimꝰ aiam substātiuā habere. i. p se vitalē: brutoꝝ vero animas cum corporibꝰ interire). ¶ Aristo. etiā in. 1. de aia dicit qꝫ terti. intellectiua pars aie separat ab alijs: sicut cō. 21.

Exclu° erro. p[a] rō ꝫ pdictaꝫ ꝟclonē

incorruptibile a corruptibili. ¶ Per hoc aūt excludit positio Platonis qui posuit enā brutoꝝ alias esse imortales. ¶ Videt tn posse probari brutoꝝ alias eē imortales. ¶ Cuius.n. est aliq̄ opatio p se seperatim: ꝛ ipꝫ est p se subsistēs: ſꝫ aie sensitiue in brutis est aliqua opatio p se subsistens in qua nō cōmunicat corpus. ſ. se mouere: nā mouens cōponitur ex duobus: quoꝝ vnuꝫ est mouens: ꝛ alterꝫ est motū: vnde cū corpus sit motū. Relinquitur ꝙ aia sola sit mouens: ergo est p se subsistēs: nō igitur pōt per accidēs corrūpi corpore corrupto. Illa enim solum per accidēs corrūpuntur q̄ per se nō hūt eē: per se aūt nō pōt corrūpi: cū neq̄ cōtrariū bēat: neq̄ sit ex cōtrarijs cōpositū. Reliqt igr ꝙ sit oino incorruptibilis. ꝛ ¶ Adhuc etiā videbatur redire Platōis rō qua ꝓbabat oēm aiam eē imortalē. qr ſcilicet aia est mouēs seipsum: oē aūt mouens seipsum oꝫ eē immortale: corpus.n. nō moritur nisi abscedēte eo a quo mouebatur. idē aūt seipso nō pōt discedere. vnde sequitur ſm ipsum ꝙ mouēs seipsū nō possit mori: ꝛ sic relinquebat ꝙ aia ois motiua eēt imortalis etiā brutoꝝ. ¶ Ideo autem hāc rōnem in idē redire diximus cuꝫ premissa: qr cū scōm Platonis positionē nihil moueat: nisi motū: id qō est seipsum mouēs est per seipsum motiuū. ꝛ sic bꝫ aliq̄ operationē per se. nō solū aūt in mouendo: sed ēt in sentiendo ponebat Plato aiam sensitiuā propriā operationē hre: dicebat.n. ꝙ sentire est motus quidā ipsius aie sentientis. ꝛ ipsa sic mota mouebat corpus ad sentiendū. vnde diffiniēs sensum dicebat ꝙ est motus aie per corpus. ¶ Hec aūt que dicta sunt pꝫ eē falsa: nō.n. sentire est mouere: sed magis moueri: nā ex potentia sentiente fit aial actu sentiens: per sensibilia a qbus sensus imutant. Nō aūt pōt dici similiter sensuꝫ pati a sensibili: sicut patitur intellectus ab intelligibili: vt sic sentire possit oē operatio aie absq̄ corporeo instrumēto sicut est intelligere. nā intellectus apprehendit res in abstractōe a materia ꝛ materialibus cōditionibus que sunt mdiuiduatōis principia: nō aūt sensus: ꝙ erinde apparet. qr sensus est particulariū: intellectus vero vniuersaliū. vnde pꝫ ꝙ sensus patiuntur a rebus secundum ꝙ sunt in materia. non autem intellectus: sed secundum ꝙ sunt abstracte: passio igitur intellectus est absq̄ mā corporali: nō autē passio sensus. ꝛ ¶ Adhuc diuersi sensus sunt perceptiui diuersorum sensibilium: sicut visus colorū auditus sonorum: hec autē diuersitas manifeste ex dispositione organorum diuersa contingit: nam organum visus oportet esse in potentia ad omnes colores: organuꝫ auditus ad omnes sonos. si autem hec receptio fieret absq̄ organo corporali: eadē potentia esset omnium sensibilium susceptiua: naꝫ virtus immaterialis se habꝫ equaliter: quantum de se est ad oēs huiusmodi qualitates. vnde intellectus qui non vtitur organo corporali ois sensibilia cognoscit: sentire igit nō fit absq̄ organo corporeo.

ſc° ad 2[m] rō nē p̄miſſaꝫ cuꝫ ꝓbatōe ꝟclonis ꝟtrarie

3 ¶ Preterea sensus corrumpitur ab excellentia sensibilium. nō autem intellectus quia qui intelligit altiora intelligibiliuꝫ nō minus poterit alia speculari sed magis: alterius igitur generis est passio sensus a sensibili: ꝛ intellectus ab itelligibili: intellectus quidem passio fit absq̄ organo corporali: passio vero sensus cum organo corporali: cuius armonia soluitur per sensibiliū excellentiam. ¶ Qđ autem Plato dixit aiam esse mouentem seipsam certum esse videtur ex hoc quod erga corpora apparet: nullum enim corpus videtur mouere: nisi sit motum: vnde Plato ponebat omne mouens moueri: ꝛ quia non itur in infinitum vt vnumquodq̄ motuꝫ ab alio moueatur. ponebat primum mouens in vnoquoq̄ ordine mouere seipsum. Et ex hoc sequebatur animam que est primum mouens in motibus animaliuꝫ esse aliquod mouens seipsum. ¶ Hoc autem patet esse falsum dupliciter. ¶ Primo quidem quia probatum est ꝙ omne quod mouet per se est corpus. Vnde cum anima non sit corpus impossibile est ipsaꝫ moueri: nisi per accidēs. ¶ Secundo quia cum mouens inquantū huiusmodi sit actu: motum autem inquantum huiusmodi sit in potentia. nihil autem pōt esse ſm idē actu: ꝛ potentia: impossibile erit ꝙ idem ſm idem sit mouens ꝛ motū: ſꝫ oꝫ si aliqd dicit seipsū mouēs ꝙ vna pars eius sit mouēs. ꝛ alia pꝫ sit mota: ꝛ hoc

Imaginatio Platonis

Impropatio.

modo dicitur animal mouere seipsum: q; animal est mouens t corpus est motum.

alia de sensio Platonis

¶ Sed qa Plato animaz nō ponebat esse corpus: licet videretur nomine motus q; proprie corporum est: non tamen hoc de motu proprie dicto intelligebat: sed accipiebat motum cōmuniter pro qualibet operatione. (prout etiam Aristote. dicit in. 3. de anima). q; sentire t intelligere sunt mot⁹ quidam. sic autem motus non est actus existētis in potentia: sed actus perfecti. vnde cuz dicebat animam mouere seipsam: intendebat per hoc dicere. q; ipsa operatur absq; adminiculo corporis econtrario ei quod accidit in alijs formis que nō agunt absq; materia: non enim calor calefacit separatim: sed calidum: et quo volebat concludere omnem animam motiuam esse immortalem: nam quod per se habet operationem: t per se existentiam habere potest.

ter. cō. 23.

¶ Sed iam ostensum est). q; operatio anime brutalis que est sentire: non potest esse sine corpore: multo autem magis hoc apparet in operatione eius: quod est appetere: nam omnia que ad appetitum sensitiue partis pertinent manifeste cum trāsmutatione aliqua corporis fiunt: vnde t passiones anime dicuntur. ¶ Et quibus sequitur q; nec ipsum mouere sit operatio anime sensitiue absq; organo: non enim mouet anima brutalis: nisi per sensum t appetitum: nā virtus que dicitur etrequens motum facit membra esse obedientia imperio appetitus: vnde magis sunt virtutes perficientes corpus ad moueri: q; virtutes mouētes: sic igitur patet q; nulla operatio anime brutalis potest eē absq; corpore: et quo de necessitate cōcludi potest q; anima brutalis cum corpore intereat.

ipsoba⁹

Soto. p̄rōnis

¶ Oz anima humana non incipiat eū corpore: sed fuerit ab eterno. 83.

Ed q; eedem res inueniunt t esse scipere t finē essendi habere pōt alicui videri q; et quo anima humana finē essendi nō habet q; nec pncipiū essendi habuerit: sed fuerit semp: quod quidem videtur hijs rationibus posse pbari. Nam id quod nunq; esse definet habz virtutē vt sit semp: q; aūt habz virtutē nunq; de eo vez est dicere nō esse: q; quātum se extendit virtus essendi tantū res durat in eē: oē autem quod incepit esse est aliquādo vez dicere non eē: quod igitur nunq; definet eē nec esse aliquando incipiet.

2 ¶ Adhuc veritas intelligibiliū sicut ē in corruptibilis: ita quātum est de se: est etiā eterna: est. n. necessaria: omne aūt necessarium est eternū: quia quod necesse est eē impossibile est non esse: et incorruptibilitate autem veritatis intelligibilis ostendit anima sm esse incorruptibilis: pari ergo ratiōe et eius eternitate pōt probari aie eternitas.

3 ¶ Amplius illud non est pfectū cui plurime suaz partiū principaliū defūt. pz autez principales partes vniuersi esse intellectuales substātias: in quaz genere. (ostensū est supra). esse animas hūanas. si igitur quottidie de nouo tot aie humane esse incipiāt quot homines nascūtur: pz quottidie vniuerso plurimas principalium suarum partium addi. t plurimas ei deesse: sequit igit vniuersum esse iperfectū: qō est ipossibile.

4 ¶ Adhuc etiā quidā argumētantur ex auctoritate sacre scripture: dicit eni. Gen. pmo. (q; deus die septimo complenit op⁹ suum qō fecerat t requieuit ab omni opere quod patrarat). Hoc autez non esset si quottidie nouas alas faceret: non igit aie hūane eē icipiūt. sz a pncipio mūdi fuerūt.

¶ Propter has autez t similes rationes p⁹ opio. quidā eternitatem mūdi ponētes direrūt animaz humanaz sicut est incorruptibilis. ita etiā t ab eterno fuisse: vñ qui posuerāt animas hūanas in sui multitudine eē immortales. s. platonici posuerunt easdem ab eterno fuisse t nūc quidem corporibus vniri. Nunc autem a corporibus absolui hac vicissitudine sm determinata annoruz curricula obseruata. ¶ Qui vero posuerunt animas humanas esse immortales sm alij 2⁹ opio. quid vniam: quod et omnibus hominibus manet post mortē posuerunt hoc ipsū vnū ab eterno fuisse siue hoc fit intellect⁹ agens tantuz: vt posuit Alexāder: siue cū eo et intellectus possibilis: vt posuit Auerroys: hoc etiam videntur sonare t Aristote. verba nam de intellectu loquens dicit ipsuz: non solum incorruptibilem: sed etiam per-

3ª opi. petuum esse. ¶ Quidam vo catholicam fidem profitētes platonicorum doctrinis imbuti viam mediam tenuerunt: q; enim fm fidem catholicam nihil est eternū preter deū: humanas quidē animas eternas nō posuerunt: sed eas cum mūdo fiue post us ante mūdum visibilem creatas cēsēt tamen eas de nouo corporibus aligari: quā quidem positionē primus inter christiane Orige. fidei ꝓfessores. (Origenes posuisse inuenitur). t post eum plures ipsum sequentes: que quidē opinio vsq; hodie apud hereticos manet: quox manichei eas etiam eternas asserunt cū Platone t eas de corpo- Manichei. re ad corpus trāsire. ¶ Sed de facili ostē- ꝓbaō ꝓmissarum ꝓpositionū. di potest ꝓmissas positiōes nō esse veritati subnixas. ¶ Dū enim nō sit vnus omnium intellectus possibilis neq; agēs. (Quē supra est ostēsum). Unde restat cōtra istas positiones ꝓcedere que dicunt plures animas esse hominū. t tamen ponūt eas ante corpora extitisse siue ab eterno siue a mundi constitutione: quod quidē videtur incōueniens his rationibus. ¶ Ostensum ē. n. supra animā viri corpori vt formā t actū ipsius: actus autē licet sit naturaliter prior potentia: tamen in eodem tempore est posterior: monetur enim aliquid de potentia in actū: prius igitur fuit semē: quod qdem est potētia viri q̄ēēt aia q̄ est actus vite.

2 ¶ Adhuc vnicuiq; forme naturale est ꝓprie materie viri. Aliogn cōstituitur et forma t materia esset aliqd preter naturā: prius autē attribuitur vnicuiq; quod cōuenit ei fm naturā q̄ q̄ cōuenit ei ꝓter nām: quod. n. cōuenit alicui ꝓter nām inest ei p accidēs: q̄ autē cōuenit ei fm naturā inest ei p se: q; autē per accidēs est: semp posterius est eo q̄ est p se: anime igit prius cōuenit eē vnitā corpori q̄ēē a corpe separatā: nō est igitur creata ante corpus cui vnit.

3 ¶ Amplius omnis pars a suo toto separata est imperfecta: anima autē cū sit forma. (vt probatū est). est pars speciei humane: igitur existēs p se absq; corpe est iperfecta: perfectum autē est prius imperfecto in rerū naturalium ordine. Non igitur competit nature ordini q; anima fuerit prius creata a corpore etiā q̄ corpori vnita.

4 ¶ Amplius si anime sunt create absq; corporibus: querendum est quomodo sint corporibus vnite: aut enī hoc fuit violēter: aut per naturam. Si autē violēter: omne autē violentum est contra naturā: vnio igitur anime ad corpus est preter naturam: homo igitur qui ex vtroq; componitur est quid innaturale. (quod ꝓz esse falsum).

5 ¶ Preterea substātie intellectuales altioris ordinis sūt q̄z corpa celestia: in corpibus autē celestibus nihil inueniūr violētū neq; cōtra naturam: multo igitur minus in substātijs intellectualibus. Si aūt naturaliter anime sunt corporibus vnite naturaliter: igitur anime in sui creatione appetierunt corpibus vniri: appetitus aūt naturalis statum, pd. t in actū nisi fit aliqd impediens: sicut patet in motu graui t leui: natura enī semp vno modo opatur: statim ergo a principio sue creationis fuissent corporibus vnite nisi esset aliquid impediens: sed omne impediēs executionē naturalis appetitus est violētiam inferens. Per violentiam igitur fuit q; anime essent aliquo tēpore a corporibus separate. qō est inconueniens: tamē q; in illis substātijs nō pōt esse aliqd violētū. (vt supra ostēsum est). tamē q; violentū. t quod est cōtra naturā cum sit p accidēs nō potest eē prius eo q; est fm naturam: neq; totam spēm ꝓnē.

6 ¶ Preterea cū vnūquodq; naturaliter appetat suā perfectionē materie est appetere formā t nō ecōuerso: aia autē cōparat ad corpus sicut forma ad mām. (vt supra ostēsum est). nō igitur vnio anime ad corpus fit per appetitū aie: sed magis p appetitum corporis. ¶ Si āt dicatur q; vtrūq; ꝓz. est anime nāle. i. viri corpori. t esse a corpore separatā ꝓ diuersis tēporib⁹. ¶ Hoc ip; obā videt esse ipossibile: q; ea que nāliter variātur circa subiectū sunt accidētia sicut iuuētus t senectus: si igitur viri corpi t separi a corpore naturaliter circa animā varietur: erit accidēs anime corpori viri. t fieret hac vnione homo constitutus non erit ens per se. sed per accidens.

7 ¶ Preterea omne illud cui accidit alteritas aliqua fm diuersitatem tempoꝝ: est subiectum celesti motui: quē sequitur tot⁹ temporis cursus: substātie autē intellectuales t incorporee inter quas sunt anime sepa

te exceḋt totū ordinē corporis: vñ nō possunt esse subiecte celestibus motibus: impossibile est igit q̄ sm diuersa tēpora nāliter vtātur quādoq; : t repentur q̄nq; vel naturaliter nunc hoc: nunc illud appetant.

2°. ¶ Si aut̄ dicatur q̄ neq; per violētiam neq; per naturam corporibus vtuntur: sz spontanea voluntate. ¶ Hoc ē nō potest nullus enī vult in statum peiorē venire nisi deceptus: aia aūt separata est altioris status q̄; corpori vnita: t p̄cipue sm Platonicos qui dicūt q̄ ex vnione corpis patit̄ oblivionem eorū q̄ prius sciuit. t retardat a cōtemplatione pure veritatis: nō igit volens corpori vnitur nisi decepta: deceptionis aūt nulla in eo causa pōt existere cum penetretur sm eos scientiam omnium habere. Nec posset dici q̄ iudiciū ex vniuersali cā p̄cedens in particulari eligibili subuertat ꝓpter passiones sicut accidit in cōtinentibus. quia passiones hmōi nō sunt absq; corpali transmutatione: vñ non possūt ee in aia separata. Relinquit igitur q̄ aia si fuisset ante corpus nō vniret corpori propria voluntate.

3 ¶ Preterea oīs effectus p̄cedēs ex concursu duaꝝ volūtatuꝫ admixtē nō ordinatarum est effectus casualis: sicut pz cū aliquis intēdēs emere obuiat in foro creditori illud nō ex cōdicto veniēti: volūtas aūt patris generātis ex qua dependet generatio corpis nō bz ordinē cū volūtate aie separate vniri volētis. cū igit absq; vtraq; volūtate vnio corpis t aie fieri non possit. sequitur q̄ sit casualis. t ita generatio hois non est a nā: sz a casu: q̄ pz ee falsū cū sit vt in plib⁹.

2°. ¶ Si aūt rursus dicat q̄ nec ex ꝓpria voluntate aia corpi vnit: sz ex diuina ordinatōe. ¶ Hoc ēt nō videt cōuenīre si aie ante corpa fuerūt create: vnūq̄q; n. deus instituit sm cōuenīētē modū sue nature. vñ t Beñ. primo de singulis creatis dr. (Vidēs de⁹ q̄ esset bonū). t simul de oibus. (Vidit de⁹ cūcta q̄ fecerat t erāt valde bona). si igit aias creauit a corpib⁹ separatas: opz dicere q̄ h modus eēndi sit cōuenīētior nāe earū: nō ē aūt ad ordinatōez diuine bōitatis princē res ad iferiorē statuz reducere: sz magis ad melioreꝫ pmouere. nō igit ex diuina ordinatio factū fuisset q̄ aia corpori vniret. ¶ Preterea non pertinet ad ordinē diuine sapiētie cū superiora vetrimēto ea que sunt infima nobilitare: ifima aūt in rerū ordine sunt corpora generabilia t corruptibilia: nō igit fuisset cōueniens ordini diuine sapiētie ad nobilitandū humana corpora aias p̄existentes eis vnire: cū hoc fine detrimēto earū ee nō possit. (vt ex dictis pz). ¶ Hoc aūt Origenes ꝓsidē 2°. oriās cū poneret aias hūanas a principio fuisse creatas dixit q̄ ordinatiōe diuina anime rōnes p̄ corporib⁹ sūt vnite: sz in earū penā: nā ante missae. corpora eas peccasse estimauit: t pro quantitate peccati corpibus nobiliorib⁹ vel minus nobilib⁹ eas vnitas esse: quasi quibusdā carceribus⁹ inclusas. ¶ Sed hec positio ꝓbare stare nō pōt. ¶ Pena enim bono nature aduersatur t ex hoc dicitur mala: si igitur vnio anime t corporis est quoddam pena le nō est bonū nature: qō est ipossibile: est eni itentum per naturā: nam ad hoc naturalis generatio terminat: t iteruz sequeret q̄ esse hominem non esset bonum secundū naturam: cum tamen. Beñ. primo. dicat post hominis creationem. (Vidit deus cuncta que fecerat t erant valde bona). Beñ.

2 ¶ Preterea ex malo nō ꝓuenit bonū nisi p accidēs: si igit ꝓpter peccatū aie separate hoc constituū est q̄ aia corpori vniatur: cum hoc sit quoddam bonum: per accidens erit: casuale igitur fuit q̄ homo fieret: quod derogat diuine sapientie de qua dicitur. Sapientie. xi. (q̄ omnia in numero pondere t mensura instituit).

3 ¶ Adhuc aūt t hoc repugnat apostolice doctrine māifeste: dicit. n. Ro. 9. de Jacob t Esau. (q̄ cum nōdū nati essēt aut aliqd boni aut aliquid mali egissent: dictū est q̄ maior seruiet minori). non igit obstāt hoc verbum dicerētur aliquid eorum aie peccauerant: cum tamen hoc. post eorum conceptionem dictum fuerit. (vt patet Beñ. ꝛc.). Sunt autem supra cum de distinctione rerum ageretur plura cōtra Origenis positionē inducta q̄ etiā hic possent assumi: t ideo eis ꝓtermissis ad alia trāseūdū est. Roma. capi. 4.

4 ¶ Item necesse est dicere q̄ anima humana aut indigeat sensibus aut nō. ¶ Videtur autem manifeste per id quod experimur q̄ indigeat sensib⁹. ¶ Quia qui caret sensu aliquo nō habet scientiaz de sensibi-

ad idez.

libus que cognoscuntur per sensum illum sicut cecus natus nullā sciēciam habz nec aliquid intelligit de coloribus. ¶ Et preterea si nō sunt necessarij humane aie sensus ad intelligēdum nō inueniretur in homie aliquis ordo sensitiue t intellectiue cognitionis: cuius cōtrariū crpimur: nā ex sensibus fūt in nobis memorie et qb⁹ crpimēta de rebus accipimus: p que ad cōprehēdendū vniuersalia sciarum t artium principia ꝓuenimus: si ergo aia hūana ad intelligendum sensibus indiget: natura aūt nulli deficit in necessariis ad ꝓpriaz operationem erplēdā: sicut aialibus habētibus animam sensitiuā t motiuā dat cōueniētia organa sensus t motus: nō fuisset aia humana sine necessariis adminiculis sensuū instituta: sensus aūt nō operant sine organis corporeis. (vt ex dictis patz). nō igit fuit

icōueniētia cō cessa a Platonicis.

Est igitur intendendum quōmodo deus sit omniū finis: (quod quidē ex ꝓmissis fiet manifestum). ¶ Sic.n. est vltimus omniū rex: q̄ tamen est prius omnibus in essendo: finis aūt aliqs inuenit qui ēt si primatum obtineat in causando ꝑ q̄ est in intēctione: est tamē in essendo posterius. Quod quidē cōtingit in quolibet fine quē agens in sua actione cōstituit sicut medicus cōstituit sanitatem p suam actionem in infirmo: que tamē est finis eius: aliquis aūt finis inuenit: q̄ sicut est precedēs in causando: ita ēt in cēndo p̄cedit: sicut dicitur finis id quod aliqs sua actione vltimo acquirere intēdit: vt locū sursū ignis per suum motum: ⁊ ciuitatē rex per pugnam: deus igitur sic est finis rerum: sicut aliquid ab vnaquaq; re suo modo obtinendum.

2 ¶ Adhuc deus est simul vltimus rex finis. ⁊ primū agens. (vt ostēsum est). finis aūt per actionē agētis ꝓstitutus nō potest esse primum agēs: sed est magis effectus agētis: non pōt igitur deus sic esse finis rerū: quasi aliquid constitutum: sed solum quasi aliquid preexistens obtinendum.

3 ¶ Amplius si aliquid agat ꝓpter rem aliquam iam existentē: ⁊ per eius actionē aliquid cōstituatur: opꝫ q̄ rei ꝓpter quā agit aliquid acquiratur ex actione agētis: sicut si milites pugnāt ꝓpter ducem: cui acquiritur victoria: quam milites suis actionibus causant: deo autē non pōt aliqd acquiri ex actione cuiuslibet rei: est enim sua bonitas omnino p̄fecta. (vt in primo libro ostēsum est). Relinquit igitur q̄ deus sit finis rex nō sicut aliquid cōstitutū aut aliqd effectū a rebus: neq; ita q̄ aliqd ei a rebus acquiratur: ſz hoc solo mō q̄ ipse reb⁹ acquirit.

4 ¶ Itē opꝫ q̄ eo modo effectus tēdat in finem quo agēs ꝓpter finē agit: deus autē qui est primū agēs omniū rex non sic agit quasi sua actione aliqd acquirat: sed quasi sua actione aliquid largiatur: q̄ non est in potētia vt aliquid acquirere possit: sed solū in actu p̄fecto. ex quo pōt elargiri. Res igitur nō ordinant in deū sicut in finē cui aliquid acquiratur: sed vt ab ipso ipsūm et suo modo cōsequantur: cū ipsemet sit finis.

¶ Q̄ oia intendunt assimilari deo. 19.

Ex hoc autem q̄ acquirunt diuinā bonitatē res create similes deo cōstituuntur. ¶ Si igit res omnes in deum sicut in vltimū finem tendūt: vt ipsius bonitatē consequant. sequitur q̄ vltimus rerum finis sit deo assimilari.

2 ¶ Amplius agēs dicitur esse finis effectꝰ inquātum effectus tendit in similitudinem agētis: vnde forma generati est finis generationis: sed deus ita est finis rerum q̄ est ētiā primū agens ex. oia igit intendunt: sicut ad vltimum finem deo assimilari.

3 ¶ Item in oibus rebus euidēter appareret q̄ eē appetūt naturaliter. vnde ⁊ si quaeo: rūpi possunt naturaliter corrūpentibus resistunt: ⁊ tendunt illuc: vbi cōseruētur sicut ignis sursum ⁊ terra deorsum: sm hoc autem esse habēt omnia q̄ deo assimilant qui est ipsum esse subsistēs: cū omnia sint solum quasi esse participātia: omnia igit ap-

petunt quasi vltimū finem deo assimilari.
4 ¶ Preterea oēs creature sunt q̄dā imagines primi agentis. s. dei: agēs enim agit sibi simile: perfectio enim imaginis est vt representet suū exemplar per similitudinē ad ipsum: ad hoc. n. imago constituitur: fūr igitur res oēs propter diuinā similitudinē cōsequendam: sicut propter vltimum finem.
5 ¶ Adhuc oīs res per suū motū vel actionem tendit in aliq̄d bonū: sicut in finē. (vt supra ostensum est). in nullo aūt aliquid de bono participat inquantum assimilat̄ prime bonitati que deus est: omnia igitur p motus suos t actiones tendunt in diuinam similitudinem: sicut in finez vltimum.
¶ Quo res imitent diuinā bonitatē. 10.

Patet ergo ex his que dicta sunt q̄ assimilari ad deum est vltimus oium finis: id aūt q̄d propter hoc rōnem finis est bonū: tendunt igit res in hoc q̄ assimilētur deo, ꝑpe inquantū ē bon⁹: bonitatē aūt creature nō assequūtur eo mō: sicut in deo est: licet in diuinā bonitatē vnaquaeq̄ res imitetur scōm suū modū. ¶ Diuina. n. bonitas simpler est quasi tota in vno consistēs: ipsum. n. diuinū ē oēm plenitudinē perfectionis obtinet. (vt in primo libro probatū est). vñ cū vnūq̄q̄ in tñ sit bonū inquantum est perfectū ipsum diuinū ē est eius ꝑfecta bonitas: idē. n. est deo ē: viuere sapienti ē: beatū ē: t quicquid aliud ad perfectionē t bonitatē vī primere quasi tota diuina bonitas sit ipsum diuinum esse.
2 ¶ Rursum q̄ ipsum diuinū ē est ipsius dei existentia subā. In alijs aūt rebus hoc accidere nō pōt. (ostensum est. n. in. 2. lib.). q̄ nulla substātia creata est ipsum suū esse. vnde si scōm q̄ res q̄libet bona est nō ē earum aliqua suū ē: nulla earū est sua bōitas: sed earū q̄libet bonitatis participatōe bona est: sicut t ipsius ē participatione est ens.
3 ¶ Rursus nō oēs creature in vno gradu bonitatis cōstituunt. Nā quorūdā substantia forma t actus est. s. cui scōm id q̄d est cōpetit ē actu t bonū ē. Quorūdā vero substantia ex materia t forma cōposita est: cui cōpetit actu ē t bonus ē: sed secundū aliquid sui. s. scm formam. Diuina igit̄ substantia sua bonitas est: substantia vero simpler bonitatē participat scōm id q̄d ē: substantia aūt cōposita scm aliquid sui. ¶ In hoc aūt tertio gradu substantiarū tot diuersitates inuenit quantū ad ipsum ē. Nā quorūdā ex materia t forma cōpositorum tota materie potentia forma adimplet: ita q̄ nō remanet in mā potentia ad aliā formā: t per cōsequēs nec in aliqua alia mā potentia ad hanc formā: t hmōi sunt corpora celestia: que ex tota mā sua cōstāt. Quorūdā vero forma nō replet totā māe potentiam: vnde adhuc in mā remanet potentia ad aliā formā: t in aliqua māe parte remanet potentia ad hanc formā: sicut patet in elementis t elementatis. Qz vero priuatio est negatio in substantia eius: q̄d substātie pōt inesse: manifestū est: q̄ cū hac forma q̄ nō implet totā materie potentiā adiungit priuatio forme: que quidē adiūgi nō potest substantie: cuius forma implet totā materie potētiam: neq̄ illi que est forma p suam essentiam: t multo minus illi cuius essentia est ipsum suū ē: cū aūt manifestum est q̄ motus nō pōt ē. vbi nō est potentia ad aliud. q̄ motus est actus existentis in potētia. ītēq̄ manifestum fit q̄ malū est ipsa priuatio boni: planū est q̄ in hoc vltimo substantiarum ordine est bonū mutabile cum permixtione mali oppositi habens q̄d in superioribus substātiaꝝ ordinibus accidere nō pōt: possidet igit̄ hec suba vltimo modo dicta ficut vltimū gradū in esse: ita vltimū gradū in bonitate. ¶ Inter partes ēt huius suba est mā t forma cōpositę bonitatis ordo inuenit. Cū enim mā sit ens in potētia scm se cōsiderata: forma vero sit actus ei⁹: suba vero cōposita sit actu existens per formā: forma quidē erit scōm se bona: substātia vero cōposita prout actu habet formā: mā vero scm q̄ est in potentia ad formam. Et ex vnūq̄q̄ fit bonū inquantū est ens: nō tñ ex q̄ mā: que est ens solum in potentia fit bona solum in potentia: ens enim absolute dicit: bonū aūt t in ordine constituit: nō enim solum aliquid bonū dicitur q̄ est finis: vel q̄ est obtinens finē: sed etiā si nōdū ad finē puenerit: dūmō sit ordinatū in finē ex hoc ipso dr̄ bonū. mā ergo non pōt simplr dici ens ex hoc q̄ est potētia ens in

quo importat ordo ad eē: pōt autem et hoc simpliciter dici bona propter ordinē ipsius: in quo apparet q̄ bonū quodāmodo amplioris est ambitꝰ q̄ ens. (ꝓpter qđ Dio. dicit. 4. ca. de diui. no. q̄ bonū se extendit ad extīa t nō extīa). nā t ipsa nō extīa scilicet mā scōm q̄ intelligit p̄uatōi subiecta appetit bonū. s. eē: et quo pz: q̄ ēt sunt bona: nihil.n. appetit bonum nisi bonum. ¶ Est aūt t alio mō creature bōitas a bonitate diuina deficiens. Nā sicut dictū est: deus in ipso suo eē sūmā perfectionē obtinet bonitatis: res aūt creata suaz perfectionem nō possidet in vno: sed in multis: qđ enim est in supremo vnitū multipler in infimis inuenit. vnde deus scōm idē dicit esse virtuosus sapiens t operās: creatura vero scōz diuersa: tātoq̄z p̄fecta bonitas alicuꝰ creature maiorē multiplicitatē regrit quāto magis a prima bonitate distans inuenitur. Si vero perfectā bonitatē nō possit attingere imperfectā retinebit in paucis: t inde est: qđ licet primū t sūmū bonū sit oīno simpler substantieq̄z ei in bonitate ꝓpinq̄ sint pariter t quantū ad simplicitatē vicinissime rū substantie inueniuntur simpliciores quibusdā supioribus eis: sicut elemēta aialibus t bōibus: q: nō possunt pertingere ad perfectionē cognitiōis t intellectꝰ quā cōsequūtur aialia t boīes: manifestuz est ergo ex dictis: q̄ licet deꝰ scōm suū simpler eē p̄fectā t totā suā bonitatē habeat: creature tū ad p̄fectionē sue bonitatis nō pertingunt per solum suū eē: sed per plura. vnde licet quelibet eaz sit bona inquantū est: non tamē pōt simplr bona dici si aliis careat que ad ipsius bonitatē requirūtur: sicut bō qui virtute spoliatus vitiis est subiectus dicit quidē bonus scōm quid. s. inquantū est ens t inquantū est bō: nō tamē bonus simplr: sed magis malus: nō igitur cuilibet creaturaz idē est eē t bonū eē simpliciter: cz quelibet eaz bona sit inquantuz est deo vero simplr idē ē eē t eē bonū simpliciter. Si aūt res quelibet tēdit in diuine bonitatis similitudinē sicut in finē: diuine aūt bonitati assimilat aliquid quantuz ad oia que ad propriā pertinent bonitatē: bonitas aūt rei nō solū in eē suo consistit: sed in oibus alijs que ad suā perfectionē requiruntur. (vt ostensum est). manifestū est q̄ res ordinant in deo: sicut in finē nō solū ꝟz esse substāriale: sed ēt fm ea que ei accidūt pertinētia ad p̄fectionē ipsiꝰ. t ēt ꝟz ꝓpriaz operationē: q̄ ēt pertinēt ad p̄fectionem rei. ¶ Q̄ res intendunt naturaliter assimilari deo in hoc q̄ est causa. xl.

¶ Ex his autem apparet q̄ res intendūt diuinā similitudinē: etiā in hoc q̄ sunt cause alioz. ¶ Tendit.n. in diuinā similitudinē res creata per suam operationē: per suam aūtē operationē vna res fit causa alterius: ergo in hoc etiā res intēdūt diuinā similitudinē. vt sint alijs cāe. t ¶ Adhuc res tendunt in diuinā similitudinē inquantū est bonus. (vt supra dictum est). et bonitate aūt dei est q̄ alijs eē largitur: vnūq̄q̄z.n. agit inquātū est actu p̄fectū: desiderant igit generaliter res in hoc deo assimilari. vt sint aliorum cause.

3 ¶ Amplius ordo ad bonū boni nōnē ꝟz. (vt et dictis est manifestū). vnūq̄q̄z aūtē per hoc q̄ est cā alterius ordinat ad bonū: bonū aūt solū per se cognoscitur t causat: malū aūt per accidens tm. (vt ostēsū est). esse igitur alioz causa est bonū: scōm aūtē qđlibet bonū ad qđ tendit aliquid: intēdit diuinā similitudinē: cū qđlibet bonū creatum sit et participatione diuine bonitatis: intendunt igitur res diuinam similitudinem in hoc q̄ sint aliorum cause.

4 ¶ Itē eiusdē nōmis est q̄ effectꝰ tēdat in similitudinē agentis: t q̄ agens assimilet sibi effectū: tendit igit effectꝰ in finē in quē dirigit ab agēte: agēs aūt intēdit sibi assimilare patiēs nō solū q̄ntū ad eē ipsius: sed etiā quantū ad causalitatē. Sicut enim ab agente cōferuntur effectui naturali principia per que subsistat: ita principia per que alioz fit causa. sicut enim animal dum generatur accipit a generante virtutē nutritiuam: ita ēt virtutē generatiuā. effectus igitur tendit in similitudinē agentis. (vt ostēsum est). nō solū quantū ad speciem ipsiꝰ: sed etiā quantū ad hoc q̄ fit alioz cā. sic aūtez tendūt res in similitudinē dei: sicut effectꝰ in similitudinē agētis. intēdūt igit res naliter assimilari deo in hoc q̄ sunt cause aliorum.

¶ Ꝓeterea tunc maxime perfectum est vnūquodq; quando potest alterum sibi simile facere. illud enim perfecte lucet quod alia illuminare potest: vnūquodq; autē intendens in suā perfectionē tendit in diuinā similitudinē. p hoc igit vnūqđq tēdit in diuinā slitudinē. q; intēdit alioꝝ causa esse.

6 ¶ Quia vero causa inquātum huiusmodi superior est causato. manifestuz est q; tēdere in diuinā similitudinē p hūc modū. vt sit alioꝝ causa est supior pfectio in entibus.

7 ¶ Item prius est vnūquodq; in se perfectum q̄ possit alterum causare. (vt dictuz est). hec igitur perfectio vltimo accidit rei. vt aliorum causa existat, cum igitur p multa tendat res creata in diuinam similitudinem. hoc vltimum ei restat. vt diuinam similitudinem querat per hoc q; fit aliorum causa. ¶ Dñs Dio. dicit. 3 ca. cele. yerar. (q; omnium diuinius est dei cooperatorē fieri). secundū q; apostolus dicit. 1. Cor. 3. (Dei adiutores sumus).

¶ Quomodo diuersimode res ordinātur in suos fines. 22.

EX premissis autē manifestū ee pōt q; vltimū p qđ vnūqđq res ordinat ad finē est ei⁹ opatio. diuersimode tn̄ fin diuersitatē opatiōis. ¶ Nā qđā operatio est rei. vt aliud mouētis. sicut calefacere et secare. Quedā vo est opatio rei vt ab alio mote. sic calefieri et secari. Quedaz vo opatio ē pfectio opantis actu existis in aliō trāsmutatiū nō tēdēs. quoꝝ prie differūt a passiōe et motu. scōe vo ab actione trāsmutatiua exteriozis māe. hmōi aūt opatio est. sic itelligere sētire et velle. Dñs māifestū ē: q; ea q̄ mouētur vt opant tm̄ fine hoc q; moueāt vt faciāt tēdūt in diuinā filitudinē q̄tū ad hoc q; sint in seipsis pfecta: q̄ aūt faciūt et mouēt inquātū hmōi tendunt fin diuinā filitudinē in hoc q; sint alioꝝ cāe. q̄ vo p hoc q; mouētur mouēt: tēdūt in diuinā filitudinē q̄tū ad vtrūq;. Corpa ät inferiora fz q; mouētur moriḃ⁹ celiḃ⁹ ꝯsiderātur. vt mota tm̄ nō aūt vt mouētia: nisi peraccidēs. accidit n. lapidi q; descēdēs aliq̄ obuiꝰ spellat. et fit ē in alteratiōe et aliis motiḃ⁹. vi finis motꝰ coꝝ ē: vt ꝯsequant diuinā filitudinē q̄tū ad hoc q; sint in seipsis pfecta vtpote hntia ꝓpriam formā et ꝓprium vbi. Corpora vero celestia mouēt mota: vnde finis motus coꝝ est cōsequi diuinam filitudinē quātū ad vtrūq; q̄tum quidē ad propriā pfectionē inq̄tuz corpꝰ celeste fit in aliquo vbi in actu in quo prius erat in potentia: nec ꝓpter hoc minus suā pfectionē consequitur: q̄uis ad vbi in quo prius erat actu: remaneret in poꝰ. Sic̄r. n. et materia pma in suam perfectionem tendit: per hoc q; acquirit in actu formā quaz prius habebat in potētia: licet et aliā habere desinat quā prius actu habebat: sic enim successiue materia omnes formas suscipit ad quas est in potentia: vt tota eius potentia reducatur in actum successiue: quod simul fieri nō poterat: vnde cum corpus celeste sit potētia ad vbi sicut materia prima ad formam: perfectionem suam consequitur: per hoc q; eius potentia tota ad vbi reducitur in actum successiue: quod simul non poterat fieri. Inquantum vero mouēdo mouent est finis motus eorum consequi diuinam similitudinem in hoc q; sint cause alioꝝ: sunt aūt aliorū cause: p hoc q; causant generationē et corruptionē et alios motus in istis inferioribus: motus igit corporū celestiū inquantuz mouent ordinant ad generationē et corruptionem que est in istis inferioꝝ. ¶ Nō est aūt icōueniēs q; corpora celestia moueant ad generationē horum inferiorū: quāuis hec inferiora corpora sint celestibus corporib⁹ indigniora: cum tamē finem oz esse potiorem eo q; est ad finez: generans aūt agit ad formā generati: cū tamē generanz non sit dignius generante: sed in agentib⁹ vniuocis sit eiusdē speciei cū ipso: inēdit. n. generās formā generati q̄ est generatiōis finis nō q̄si vltimū finē: sz similitudinē esse diuini in perpetuatiōe speciei et in diffusiōe bonitatis sue: p hoc q; alijs formā spēi sue tradit et aliox sit causa. Similiter autem corpora celestia licet sint digniora inferioribus corporibus: non tamen intendunt generationem eoruz et formas generatorum in actum educere per suos motus quasi vltimum finem: sed per hoc ad diuinam similitudinem intendentes quasi ad vltimum finem in hoc

q̄ cause aliorum existant. ¶ Cōsiderandū tñ q̄ vñquodq; inquantum participat similitudinē diuine bōitatis que est obiectū voluntatis eius intārū participat de similitudine diuine voluntatis per quam res ꝓducuntur in esse ⁊ conseruantur: superiora autem diume bonitatis similitudinem participant simplicius ⁊ vniuersalius: inferiora vero particularius ⁊ magis diuisim: vnde ⁊ inter corpora celestia ⁊ inferiora nō attenditur similitudo secundum equiparantiaz: sicut in his que sunt vnius speciei: sed sicut vniuersalis agentis ad particularem effectum: sicut igit particularis agentia in istis inferioribus intentio contrahitur ad bonū huius speciei vel illius: ita intententio corporis celestis fertur ad bonuz cōmune substantie corporalis: que per generationē cōseruatur ⁊ multiplicatur ⁊ augetur. cū vero. (vt dictum est). quelibet res mota inquantum mouetur tendit in diuinā similitudinem: vt fit in se perfecta: perfectū autē sit vñquodq;: inquantum fit actu: oportet q̄ intentio cuiuslibet in potentia existentis sit vt per motum tendat in actum: quanto igitur aliquis actus est posterior: ⁊ magis perfectus: tanto principalius in id ipsū appetitus materie fertur. vnde oportet qō in vltimum ⁊ perfectissimum actum: quem materia cōsequi pōt: tendat appetitus materie: quo appetit formā: sicut in vltimū finem generatiōis. In actibus aūt formarū gradus quidā inueniuntur. nā materia prima est in potentia primam ad formam elementi. Sub forma vero elementi existens est in potētia ad formam mixti: propter qō elementa sunt materia mixti. Sub forma autem mixti considerata est in potentia ad animam vegetabilem: nam talis corporis anima actus est. Itemq; anima vegetabilis est in potentia ad sensitiuā: sensitiua vero ad intellectiuam. Quod processus generationis ostendit. Primo enim in generatione est ferus viuens vita plāte. Postmodum vero vita animalis. Demum vero vita hominis. Post hanc autem formaz nō inuenitur in generabilibus ⁊ corruptibilibus posterior forma ⁊ dignior. Vltimum igitur generationis totius gradus est anime humane: ⁊ in hanc tendit mā: sicut in vltimam formā: sunt ergo elementa ꝓpter corpora mixta: hec vero propter viuentia: in quibus plante sunt ꝓpter animalia. animalia ꝓpter hominem: homo enim est finis totius generationis. ¶ Quia vero eadez res generatur ⁊ cōseruatur in esse secundum ordinem premissum in generationibus rerū: est etiā ordo in conseruatiōibus earūdem: vnde videmus q̄ corpora mixta sustentant per effectuz cōgruas qualitates: plante vero ex mixtis corporibus nutriuntur: animalia ex plantis nutrimentum habent: ⁊ quedā etiam perfectiora ⁊ virtuosiora ex quibusdā imperfectiorib⁹ ⁊ infirmiorib⁹. Hō vero vtitur omnium rerum generib⁹ ad sui vtilitatem: quibusdā quidē ad esum quibusdam vero ad vestitum: vnde ⁊ a natura nudus est institutus: vtpote potens ex alijs sibi vestitum prestare: sicut etiam nullum sibi congruum nutrimentum natura preparauit nisi lac: vt ex diuersis rebus sibi cibum conquireret. Quibusdam vero ad vehiculum: nā in motus celeritate ⁊ in fortitudine ad sustinendos labores multis animalibus infirmior inuenitur quasi alijs animalibus ad auxilium sibi preparatis. Et super hoc omnibus sensibilibus vtitur ad intellectualis cognitionis perfectionez. ¶ Vnde ⁊ de homine in ps. dicitur: ad deum directo sermone. (Omnia subiecisti sub pedib⁹ eius). Et Aristo. dicit in primo politicorum. (q̄ homo habet naturale dominium super omnia animalia). si igitur motio ipsius celi ordinatur ad generationem: generatio autem tota ordinatur ad hominem sicut in vltimum finem huius generis: manifestum est: q̄ finis motionis celi ordinatur ad hominem sicut in vltimum finem in genere generabilium ⁊ mobilium. ¶ Hinc est q̄ Deutero. 4. dicitur. (q̄ deus corpora celestia fecit in ministerium cunctis gentibus). ps

deute.

¶ Oꝫ celuz mouetur ex aliqua intellectuali substantia. 23.

EX premissis etiā
di potest primum motorum motus celi esse aliquid intellectuum. ¶ Nihil enim secūdum propriam speciem agens intendit sor

mam altionē sua forma: intendit.n. oē agēs sibi sile: corpus aūt celeste scōm q̄ agit per motū suū intendit vltimā formā q̄ est intellectus humanus: q̄ gdē est altior oi forma. (vt er p̄missis pz). corpus igit celi nō agit ad generationē scōm propriam spēm: sicut agens principale: sed scōm spēm alicui⁹ superioris agentis intellectualis: ad q̄ se hz corpus celeste: sicut instrumentū ad agens principale: agit aūt celū ad generationē secundū q̄ mouetur: mouet igitur corpus celeste ab aliqua intellectuali substantia.

li⁹ prio cap. 13.

2 ¶ Adhuc oē q̄ mouet necesse est ab aliq̄ moueri. (vt supius probatū est). corpus igitur celi ab aliquo mouet. Aut ergo illō aliud est oino separatū ab eo. Aut ē ei vnitū: ita q̄ cōpositū ex celo t mouente dicat mouere seipsum: inquantū vna pars ei⁹ ē mouens t alia mota. Si aūt sic est: oē aūt mouens seipsum est viuū t aiatū: segtur q̄ celum sit aiatū: nō aūt alia aia ēē intellectiua. nō.n. nutritiua: cū in eo nō sit generatio t corruptio: neq̄ sensitiua cū nō habeat organoz diuersitatē: segtur ergo q̄ mouet ab aia intellectiua. Si aūt mouet a motore extrinseco: aut illud erit corporeū: aut incorporeū: t si qdē corporeū nō mouet nisi motū. (vt er supionibus pz). oportebit ergo t illud ab alio moueri: cū aūt nō sit procedere in infinitū in corporibus: oportebit deuenire ad primū mouens incorporeū. q̄ aūt est penit⁹ a corpe separatū: oz ēē intellectuale. (vt er supionibus pz). mot⁹ igit celi qō ē primū corporeū ē ab intellectuali suba.

vltimo cō. 32.

3 ¶ Itē corpora grauia t leuia mouentur a generante t remouente prohibens. (vt p̄ dat in. 8. phisicoz). nō.n. pōt ēē q̄ forma in eis sit mouens t mā mota. nihil.n. mouet nisi corpus. sicut aūt extrozum corpora sunt simplicia: t nō est in eis cōpositio nisi mātē t formē: ita t corpora celestia sunt simplicia: si igit mouētur. sicut grauia t leuia: oz q̄ moueātur a generante p se t a remouente prohibens p accidens: hoc aūt est impossibile: nā illa corpora ingenerabilia sunt: vpote nō hītia cōtrarietatē: t motus eoz ipediri nō p̄t: oz igit q̄ moueātur illa corpora a mouentibus p apprehēsionē: nō aūt sensitiuam. (vt ostensum est). ergo intellectiuā.

4 ¶ Amplius si principiū motus celesti est sola nā absq̄ apprehensiōe aliq̄: oz q̄ principiū motus celi sit forma celestis corporis sicut t in elctis: hz.n. formē simplices nō sint mouentes: sunt tñ principia motuū: ad ea enim cōsequunt motus nāles: sicut t eēs alie nāles ꝓprietates: nō aūt pōt eē q̄ motus celestis sequat formā celestis corporis: sicut principiū actuū: sic.n. forma est principiū motus localis inquantū alicui corpori scm suā formā debet aliquis locus in quez mouet er vi siue forme tēdentis in locū illū: quē q: dat generās dr eē motor: sicut igne secundum suam formam competit esse sursum: corpori autem celesti secundum suam formam non magis congruit vnum: vbi cū aliud: non igitur motus celestis principiuz est sola natura: oportet igit q̄ principiū motus eius fit per apprehensionē mouentis.

5 ¶ Adhuc natura semper ad vnum tēdit: vnde que sunt a natura semper sunt eodez modo: nisi impediantur: quod est in paucioribus: quod igitur ex sui ratione habet disformitatē: impossibile est q̄ sit finis in quē tendit natura: motus autem secundum suam rōnem est huiusmodi: quod enim mouetur inquantuz huiusmodi dissimiliter se habet t nunc t prius: impossibile est igitur q̄ natura intendat motum propter seipsū: intendit igitur quietem per motum que se habet ad motum: sicut vnum ad multa: qe scit enim quod similiter se habet nunc t prius. si enim motus celi sit a natura tantum esset ordinatus in aliquam quietem: cuius contrarium apparet: cum sit continuus: nō est igitur motus celi a natura. sicut a principio actiuo: sz magis a suba intelligente.

6 ¶ Item omni motui qui est a natura. sicut a principio actiuo. oportet q̄ si accessus ad aliquid est naturalis. q̄ recessus ab eodem sit innaturalis t contra naturā. sicut graue accedit deorsum naturaliter: recedit autem inde cōtra naturam: si igitur mot⁹ celi esset naturalis cum tendat ad occidentem naturaliter contra naturā ab occidente recedēs in orientē rediret: hoc autem est impossibile: in motu enī celesti nihil est violentum t contra naturam: impossibile est igitur q̄ principium actiuum motus celestis sit natura: est igit̄ principium actiuum eius aliqua vis apprehensiua t p̄ intellectū.

(vt ex predictis pz).mouet igit corpus celeste a substantia intellectuali. ¶ Nō tamē est negandū motū celestē eē naturalē:dicit enim eē aliquis motus naturalis nō solū propter actiuū principiū:sed etiā ꝓpter passiuū:sicut pz in generatōe simpliciū corpōrū:que quidē nō pōt dici naturalis ratiōe principij actiui:mouet.n.id nāliter a principio actiuo:cuius principiū actiuū est intra. (natura.n. est ꝓncipiū motus in eo in quo est). principiū aūt actiuū generatione simplicis corporis est extra:nō est igit nālis ratione principij actiui:sed solū rōne principij passiui:qđ est materia cui inest nālis appetitus ad formā naturalē:sic ergo motus celestis corporis q̄tum ad actiuū principiū nō est nālis:sed magis voluntarius ⁊ intellectualis: q̄tum vero ad principiū passiuū est nālis: nā corpus celeste hz naturalē aptitudinē ad talē motū. ¶ Hoc aūt manifeste apparet si habitudo consideret celestis corporis ad suū vbi: paret enim ⁊ mouetur vnūqđq; scōm q̄ est in potentia:agit vero ⁊ mouet scōm q̄ est actu: corpus aūt celeste sm suā substantiā cōsideratū inuenit. vt in potentia indifferenter se hīs ad quodlibet vbi:sicut mā prima ad quālibet formā. (sicut predictū est).aliter aūt est de corpore graui ⁊ leui:qđ in sua nā cōsideratū non est indifferens ad oēm locū:sed ex rōne sue forme determinatur sibi locus:nā igit corporis grauis ⁊ leuis est ꝓncipiū actiuū motus eius:nā vero corporis celestis est mot' ipsius passiuum principium. vnde nō debet alicui videri q̄ violenter moueat. sicut corpora grauia ⁊ leuia q̄ a nobis mouētur per intellectum:corporibus.n.grauibus ⁊ leuibus inest nālis aptitudo ad cōtrariū motū ei quo mouent a nobis.⁊ tō a nobis mouētur p̄ violentiam:licet motus corporis alterius quo mouet ab alio nō fit ei violentus in quantū est alterum:⁊ si fit ei violentus inquantū est graue quoddā:corpora aūt celestia nō hīnt aptitudinē ad motum contrarium:sed ad illum in quo mouentur a substantia intelligente.vnde simul est voluntarius quātū ad principiū actiuū:⁊ naturalis quātum ad principiū passiuum. ¶ Q̄ aūt motus celi est voluntarius sm actiuum principium nō repugnat mutari ⁊ conformitati celestis motus:ex hoc q̄ voluntas ad multa se habet:⁊ nō est determinata ad vnū. qz sicut natura determinat ad vnū per suam virtutem:ita voluntas determinat ad vnū per suā sapientiam:qua voluntas dirigitur infallibiliter ad vnum finē. ¶ Patet etiā ex premissis q̄ in motu celesti nō est contra naturam: neq; accessus ad aliq̄d vbi:neq; recessus ab eo.hoc enī accidit in motu grauium ⁊ leuium ꝓpter duo. ¶ Primo quidem qz intentio nature est determinata ⁊ in grauibus ⁊ leuibus ad vnum locum:vnde sicut naturaliter tendit in ispum:ita contra naturam recedit ab eo. ¶ Secundo qz duo motus quoz vno accedit ad medium,⁊ altero recedit sūt cōtrarij. ¶ Si aūt accipiatur in motu grauiū ⁊ leuiū nō vidimus locus:sed medius sicut ad ipsum accedit naturaliter:ita ab ipso naturaliter recedit. qz totū stat sub vna intentōe nature.⁊ nō sunt motus contrarij. sed vnus ⁊ cōtinuus: ita aūt est in motu celestiū corporū. qz nature intentio nō est ad aliq̄d vbi determinatum. (vt iā dictū est).mot' etiā quo recedit corpus circulariter motū ab aliquo signo non est cōtrarius motui quo illuc accedit.sz est vnus motus ⁊ cōtinuus: vñ quodlibet vbi in motu celi ē.sicut mediū ⁊ nō sicut extremum in motu recto. ¶ Nō differt aūt quātum ad p̄tē intentionē:vtrū corpus celeste moueat a substātia intellectuali cōiuncta q̄ sit ala eius. vel a substātia separata: ⁊ vtrū vnūqđq; corpoz celestiū moueat adeo vel nullū imediate: sed mediātibus substātijs intellectualibus creatis. aut primū tm̄ immediate adeo.alia vero mediantibus substantijs creatis. dūmodo habeatur q̄ motus celestis est a substantia intellectuali.

¶ Q̄ omnia appetunt bonum etiam que cognitione carent. 14.

Patet corpus celeste a substātia intellectuali moueri. (vt ostēsum est). motus aūt corporis celestis ordinat ad generationē in inferioribus. necesse est q̄ generatiōes ⁊ motus istoz inferioz p̄cedāt ex intentione sube intelligētis. ¶ In īdē.n.fertur finis ⁊ intentio principalis agentis ⁊ instrumēti.celū aūt est cā inferioz motuum

Ad aliā obiectionem tactam

Ad aliā obiectionem

Ad aliā obiectionem

Ad aliā obiectionem

fm suū motuz quo mouet a substantia intellectuali. sequit ergo q̄ sit sicut instrumētū intellectualis sube. sunt igit forme t motus inferiox corpox a suba itellectuali causate t intēte. sicut a principali agēte. a corpore vero celesti. sicut ab instrumēto. oz autē q̄ spēs corpox que causant t intendunt ab intellectuali agēte p̄existāt in intellectu ipsius. sicut formē artificiatox p̄existunt in itellectu artificis. t ex eis deriuent in effectus. oēa igit forme q̄ sunt in istis iferioribus t oēs motꝰ determinant a formis itellectualibus q̄ sunt in intellectu alicuius sube vel aliquax. ℣ Et pp hoc dicit Boetiꝰ in lib. de trini. (q̄ formē q̄ sūt i mā venerūt a formis q̄ sūt sine mā). Et q̄tū ad hoc verificatur dictū platonis q̄ formē separate sunt pricipia formax q̄ sūt in mā. Iz posuerit eas p se subsistētes t causantes immediate formas sensibiliū. nos vero ponim⁹ eas in intellectu ēntes t causantes formas iferiores p motū celi. ℣ Qz vero oē qđ mouet ab aliquo p se t ℔z accidēs: dirigit ab eo in finē sui motus. corpus aūt celeste mouet a suba itellectuali t causat p sui motū omnes motus in istis iferioribꝰ. nec̄iuz est qđ corpus celeste dirigat in finē sui motus p subam itellectualē. t p ōnē oia iferiora corpora in ꝓpria fines. ℣ Sic igit nō est difficile videre q̄lr nālia corpora cognitōe carētia moueāt̄ t agāt pp finē. ℣ Tēdunt enim in finē. sic directa in finē a suba intelligēte p modū q̄ sagitta tēdit ad signū directa a sagittāte. sic. n. sagitta ꝓsequit iclinatōez ad signū: fine ad finē determiatū ex impulsione sagittātis. ita corpa nālia ꝓsequūtur iclinationē in fines nāles ex mouētibꝰ nālibꝰ ex quibus sortiunt suas formas t virtutes t motus. vñ ēt ꝑz q̄ qlibet opus nature ē opus sube inteligētis. nā effectus principalius attribuitur primo mouēti dirigēti in finē q̄z instrumētis ab eo directis. t pp hoc operatiōes nature inuenimus ordinate procedere ad finē. sicut operatōes sapiētis. ℣ Planū igit sit q̄ ea ēt que cognitōe carēt p̄nt opari pp finē t appetere bonū naturali appetitu t appetere diuinā similitudinē t ꝓpriā pfectionē. Nō ē aūt dīa sine hoc fine illō dicat. nā p quē tēdūt i suā pfectionē. q̄ tēdūt ad bonū: cū vniuq̄q intātū bonū sit: inquātū est pfectum. sm Ar° q̄ tendit ad hoc q̄ sit bonū tēdit in diuinā similitudinē: deo. n. assimilat aliqd inq̄tuz bonū est: bonū aūt hoc vel illud griculare hz q̄ sit appetibile: iq̄tū est similitudo p̄rie bonitatis: ꝓpter hoc igitur tēdit in ꝓpriuz bonū: q̄ tēdit in diuinā similitudinē t nō ecōuerso. Vñ ꝑz q̄ oia appetūt diuinā similitudinē q̄si vltimū finē ℣ Bonū aūt suū cuiuslibet rei pōt accipi multiplicit. ℣ Vno gdē mō hz q̄ est eiꝰ p̄ priā rōne indiuidui: t sic appetit aial suū bonū: cū appetit cibū quo in esse cōseruatur. ℣ Alio mō sm q̄ est eiꝰ rōne spēi: t sic appetit ꝓpriū bonum aial: inquantum appetit generationē ꝓlis t eiꝰ nutritionē: vel si aliquid aliud opetur ad cōseruationem vel defensionē indiuiduox sue spēi. ℣ Tertio vero mō rōne generis: t sic appetit ꝓpriū bonū in cāndo agēs equuocū sicut celū. ℣ Quarto aūt mō rōne similitudinis analogie pricipiatox ad suū pricipiuz: t sic deus qui est extra genus ꝓpter suum bonum oibus rebꝰ dat eē. Et quo ꝑz q̄ quāto aliquid est pfectioris virtutis t eminentius in gradu bonitatis: tanto appetitū boni cōiorem hz t magis in distātibꝰ a se bonū querit t operatur: nam iperfecta ad solū bonum ꝓpriū indiuidui tendunt: perfecta vero ad bonū spēi: pfectiora vero ad bonū generis: deus aūt qui est perfectissimus in bonitate ad bonū totius entis: vñ nō imerito dicit a quibusdā q̄ bonū inq̄tum hmōi est diffusiuum: q̄ q̄nto aliqd inuenitur melius: tanto ad remotiora bonitatē suā diffundit: t q̄ in quolibet genere quod est pfectissimū est exēplar t mēsura oium q̄ sunt illius generis: oz q̄ deus q̄ est in bonitate pfectissimꝰ t suā bonitatē cōissime diffundēs: in sua diffusiōe sit exēplar oiuz bonitatē diffundētiū: iq̄tū. n. vnūq̄q̄z bonitatē diffundit in alia sit altior cā. ℣ Hinc ēt ꝑz q̄ vnūq̄q̄z tēdēs ad hoc q̄ sit altior cā tēdit in diuinā similitudinez: t nihilominꝰ tēdit in suū bonū. Nō est ergo icōueniēs: si motus corpox celestiū t actiōes motox eox dicant eē aliq̄liter p̄ p̄ hec corpa q̄ generant t corrūpunt: q̄ sūt eis idignioza: nō. n. sunt pp hec sicut pp vltimū finē: sed intēdētes bonū generationē intendūt suū bonū t diuinam similitudinem tanq̄ vltimum finez.

lib. ꝓrio cap° 3°

¶ Q̄ intelligere deum est finis omnis intellectualis substantie. 25.

Tam aūt oēs creature ēt intellectu carentes ordinent in deum. sicut in finem vltimū. ad hunc autem finem pertingant omnia inquantuz de similitudine ei⁹ aliquid participant. intellectuales creature aliquo specialiori modo ad ipsum pertingūt scilicet per suā ꝓpriam operationem intelligendo ipsum. vnde oz ꝙ hoc sit finis intellectualis creature. s. intelligere deuz. ¶ Vltimus enim finis cuiuslibet rei est de⁹. (vt ostensum est). intendit igitur vnūquodqz. sicut vltimo fini deo coniungi quanto magis sibi possibile est. vicinius autem cōiungitur aliquid deo per hoc ꝙ ad ipsam substiam eius aliquo modo pertingit qō sit dū aliquid quis cognoscit de diuina substātia q̄z dum consequitur eius aliquam similitudinem. substantia igitur intellectualis tendit in diuinā cognitionē. sic in vltimū finē.

2 ¶ Ite3 propria operatio cuiuslibet rei est finis eius. est enim secunda ꝑfectio ipsius. vnde qō ad ꝓpriam operationem bene se habz dicitur virtuosum ⁊ bonum. intelligere autem est ꝓpria operatio substantie intellectualis. ipsa igitur est finis eius. quod igitur est perfectissimuz in hac operatione hoc est vltimus finis ⁊ ꝑcipue in operationibus que nō ordinātur ad aliqua opata. sicut est intelligere ⁊ sentire: cum autem huius operatiōis ex obiectis spēm recipiant. per que etiā cognoscuntur oz ꝙ tanto sit perfectior aliqua istarum operationum. quanto eius obiectuz est perfectius. ⁊ sic intelligere perfectissimū intelligibile ꝙ deus est. est ꝑfectissimum in genere huiꝰ operatiōis q̄ est itelligere. cognoscere igit deū itelligendo est vltimus finis cuiuslibz itellectualis subste. ¶ Possēt aūt aliquis dicere itellectualis qdē subste vltimuz finē cōsistere in itelligēdo optimū itelligibile. nō tn illud qō est optimum itelligibile huius vel illius itellectualis subste ē optimuz itelligibile simplr. Sed quanto aliqua itellectualis substa est altior. tanto suū itelligibile optimū est altius. ⁊ iō suprema itellectualis substa creata bz ꝑ itelligibili opinio id qō est optimū simplr. vñ eius facilitas erit in intelligēdo deū. Cuiuslibet vero inferioris subste intellectualis felicitas erit intelligere aliqō inferi⁹ itelligibile. quod est mō altissimū eoꝝ q̄ ab ipsa intelliguntr. Et precipue intellectus hūani videt ꝙ nō sit itelligere optimū itelligibile simplr ꝓpter ei⁹ debilitatem. (bz. n. se ad cognoscendū illud quod est maxime cognoscibile: sicut oculus nocte ad solem). ¶ Sed manifeste apparet ꝙ finis cuiuslibet substantie intellectualis etiā ifime est itelligere deū. (ois sum est. n. supra). ꝙ oium enim vltimus finis in quē tendūt est de⁹: itellect⁹ aūt hūanus ⁊ si sit ifimus in ordie itellectualiū substātiaꝝ: est mō supior oibus itellectu carētibus: cū ergo nobilioris substātie nō sit ignobilior finis: erit ēt itellectus hūani finis ipse deus: vnūquodqz aūt itelligens cōsequitur suū finē vltimum: ꝑ hoc ꝙ ipsum intelligit. (vt ostensum est). intelligendo igitur pertingit itellectus humanus ad deum sicut ad finem.

3 ¶ Ādhuc. sicut res itellectu carētes tendūt in deū sicut in finē ꝑ viā assimilatiōis: ita substātie itellectuales ꝑ viā cognitiōis (vt ex ꝓdictis pz). res aūt itellectu carētes ⁊ si tendāt in similitudinē ꝓprioꝝ agētiū: nō tamē ibi qescit nāe intētio: sed bz ꝑ finē assimilationē ad sūmū bonū. (vt ex dictis pz). ⁊ si iperfectissime ad hāc similitudinē possint pingere. Intellect⁹ igit quātūcūqz modicū possit de diuina cognitiōe peripere: illud erit sibi pro vltimo fine magis q̄z perfecta cognitio inferiorū intelligibilium.

4 ¶ Amꝑ. vnūqōqz marie desiderat suuz vltimū finē: itellectus aūt humanꝰ magis desiderat ⁊ amat ⁊ delectat in cognitione diuinoꝝ: q̄uis modicū quidē de illis ꝙcipere possit q̄z in perfecta cognitione quā bz de rebꝰ infimis: est igitur vltimus finis hominis itelligere quoquo modo deum.

5 ¶ Ādhuc. vnūqōqz tēdit in diuinā similitudinē sicut in ꝓprium finē: illud igit ꝑ quod vnūqōqz marie deo assimilat est vltimꝰ finis eiꝰ. Deo aūt assimilat marie creatura itellectualis: ꝑ hoc ꝙ itellectualis est: hanc. n. similitudinē bz ꝑ cetera creaturis. ⁊ hoc iclndit oēs alias: in genere aūt huiꝰ similitudinis magis assimilat deo fm ꝙ intelligit actu: q̄z fm ꝙ itelligit in habitu vel potētia: qz dō sp actu itelligēs est. (vt in ꝓio ꝓba

ēs est).t in hoc q̄ itelligit actu marie assimilat deo fm q̄ itelligit ipsuz deū:nā ipse deꝰ itelligēdo se itelligit oia alia.(vt in primo ꝓbatū est).itelligere igit deū est vltimus finis omnis intellectualis substantie.

6 ¶Item quod est tantū ꝓpter aliud diligibile:est ꝓpter illud quod est tantū ꝓpter se diligibile.nō ens est abire in infinituz in appetitu nāe:q; desideriuz nature frustraretur:cū non sit possibile pertrāsire infinita:oēs aūt scie t artes t potentie practice sunt tantū propter aliud diligibiles: nam in eis finis non est scire:sed operari. Scientie aūt speculatiue sunt propter seipsas diligibiles: nā finis earū est ipsuz scire. Nec inuenitur aliqua actio in rebus humanis q̄ nō ordinet ad aliū finē a:nisi cōsideratio speculatiua. Nā ēt ipe actiōes ludicre que vident absq; fine fieri:habent aliquē finez debitum.s.vt p eas quodāmodo mēte relenati:magis simus postmodū potētes ad studiosas operatiōes:alias esset semp ludendu;si ludus ꝓpter se quereret:quod est inconueniens. Ordinent igitur artes practice ad speculatiuas:t fit ois būana operatio ad speculationē intellectus sicut ad finem: In oibus aūt scientijs t artibus ordinatis ad illā videt p̄nere vltimus finis q̄ est preceptiua t architectonica aliaruz: sicut ars gubernatoria ad quā pertinet finis nauis: qui est vsus ipsius est architectonica t preceptiua respectu nauis factiue. Hoc autē modo se hz ꝓbia ꝓria ad alias scientias speculatiuas:nā ab ipsa oēs alie dependent:vtpote ab ipsa accipiētes sua principia t directionē cōtra negantes principia.ipsaq; ꝓria ꝓbia tota ordinatur ad dei cognitionem:sicut ad vltimuz finē:vñ t scientia diuina nominat:est ergo cognitio diuina finis vltimus ois humane cognitiōis t operationis.

7 ¶Adhuc in oibus agentib⁹ t mouentibus ordinatis:oportet q̄ finis primi agentis t motoris sit vltimꝰ finis omniū:sicut finis ducis exercitus est finis omnium sub eo militantiuz. Inter omnes aūt bois partes intellectus inuenitur superior motor:nam intellectus mouet appetitum proponendo ei suum obiectum. Appetitus autem intellectiuus mouet appetitus sensitiuos:qui sunt irascibilis t concupiscibilis: vnde t concupiscentie nō obedimus nisi volūtatis imperium adsit. Appetitus autē sensitiuus aduenīēte cōsensu volūtatis mouet ipz corpus. Finis igitur intellectus est finis oium actionū humanaꝝ:finis aūt t bonū intellectus est vez.t p consequēs vltimus finis primū vez.est igitur vltimus finis totius bois t oium operationum t desideriorum eius cognoscere primum verum:quod est deus.

8 ¶Amplius naturaliter inest oibus hominibus desideriū cognoscēdi causas eoz que vident:vnde ꝓpter admirationē eoruz que videbant quoz cause latebant homines primo ꝓbari ceperunt: inuenientes aūt causaz quiescebāt. Nec fistit ingnitio quousq; perueniatur ad primā cām.t tūc ꝓfecte nos scire arbitramur q̄n primā causaz cognoscim⁹. Desiderat igit homo nāliter cognoscere primā causaz quasi vltimuz finem:prima aūt oium cā deus est.est igitur vltimus finis bois cognoscere deuz.

9 ¶Preterea cuiuslibet effectus cogniti naturaliter bō causam scire desiderat. intellectus aūt humanus cognoscit ens vle: desiderat igit naturaliter cognoscere cām eius que solū deus est.(vt in secūdo probatum est).nō est autē aliqs assecutus finem vltimū quousq; naturale desideriū gescat nō sufficit igitur ad felicitatē humanā que est vltimus finis qualiscūq; intelligibilis cognitio nisi diuina cognitio adsit q̄ naturale desideriū quietet sicut vltimꝰ finis.est igit vltimꝰ finis hominis ipsa dei cognitio.

10 ¶Amplius corpus qō naturali appetitu tēdit in suū vbi tāto vehemētius t velocius mouet quanto magis appropinquat fini.(vnde ꝓbat Aristo.in primo de celo) tertu. cō.44.
q; motus nālis rectus nō potest ee ad infinitum:qm̄a non magis moueret postea q̄z prius.¶ Quod igitur vehemētius in aliqd tendit postq̄z prius nō mouetur ad infinitū sed ad aliquid determinatuz intēdit. Hoc autē inuenimus in desiderio sciendi. quanto eni aliquis plura scit:tanto maiori desiderio affectat scire tēdit igitur desideriuz naturale hominis in sciēdo ad aliquē determinatum finē. Hoc autē nō pōt esse aliud q̄z nobilissimum scibile qō deus est.est igit cognitio diuina finis vltimus bois. Vlti-

mus aũt finis hois ⁊ cuiuslibet itellectua-
lis substãtie felicitas siue beatitudo noiaſ:
hoc n. est qđ ois substãtia itellectual deside
rat tãq̃ vltimũ finẽ. ⁊ pp se tm. est igit bea
titudo ⁊ felicitas vltia cuiuslibet substãtie
Auc. 9. itellectualis cognoscere deũ. ¶ Dic est qđ
scriptu. vr Matth. v. (Beati mũdo corde: qm̃ ipſi
deũ videbũt.) ⁊ Jo. xvij. (Hec ẽ vita eter
na vt cognoscãt te solũ deũ vez). ¶ Huic
ẽt sẽtie Arist. in vltio ethicoz̃ cordat vbi
vltimã hois felicitatẽ dicit esse speculatiuã
9a°. io. q̃ctũ ad speculationẽ optim i speculabilis.
¶ Vtrũ felicitas cõsistat in actu voluntatis vel in actu itellectus. 26.

rõnes p bantes felicitatẽ i actu volũtatis cõsistere.

Vita vero intellectualis substãtia sua operatiõe p
ingit ad deũ nõ solũ itelligẽdo: sed p actum etiã voluntatis desiderando ⁊ amando ipsum ⁊ in ipso delectationẽ habẽdo: põt alicui videri q̃ vltim⁹ finis ⁊ vltima hois felicitas nõ sit in cognoscẽdo deũ: sz magis in amãdo vl aliquo alio actu volũtatis se habẽdo ad ipz.
¶ Precipue cũ obiectũ volũtatis sit bonũ qđ hz ronez finis: vez ẽt qđ est obiectũ itellect⁹ nõ hz rõnez finis nisi iq̃tũ ⁊ ipse est bonũ: vñ nõ vr bõ cõsequi vltimũ finẽ p actũ intellect⁹: sz magis p actũ volũtatis
2 ¶ Pre. vltia pfectio opatiõis est delecta
tio: q̃ pficit opatiõez sicut pulchritudo iuuẽ
ca°. 4°. tutẽ. (vt in. 2. ethi. phs dicit). si igitur pfecta opatio est vltim⁹ finis. vr q̃ vltim⁹ finis magis sit fm opationẽ volũtatis q̃ intellect⁹
3 ¶ Adhuc delectatio videt ita pp se desiderari q̃ nũquã pp aliud: stultũ eni est quere ab aliquo quare velit delectari. hoc ãt est conditio vltimi finis: vt scilicet propter se queraf: est igit vltim⁹ finis magis in opatione voluntatis q̃ intellectus vt videtur.
4 ¶ Jtez in appetitu vltimi finis maxime oẽs cõcordãt cũ sit naturalis. plures aũtẽ querũt delectationẽ q̃ cognitionẽ. magis igit videt esse finis delectatio q̃ cognitio.
5 ¶ Amplius voluntas videtur esse altior potentia q̃ intellectus: nã voluntas mouet intellectum ad finẽ. intellectus enim actu considerat que habitu tenet cũ aliquis voluerit actio igitur voluntatis videtur nobilior q̃ actio itellect⁹. magis igit videt vltimus finis que ẽ beatitudo cõsistere in actu volũtatis q̃ actu intellectus. ¶ Hoc aũtẽ ẽ ipossibile manifeste ostẽditur. ¶ Cũ eni beatitudo sit ppriũ bonũ intellectualis nature: opz q̃ fin id intellectuali nature cõueniat quod est sibi proprium. appetitus aũtem non est proprium intellectualis nature: sed oibus rebus ieſt: sz sit diuersimode in diuersis. que tamẽ diuersitas pcedit ex hoc q̃ res diuersimode se hñt ad cognitionẽz. Que eni cino cognitione carẽt habẽt appetitum nãlem tm. Que vo habẽt cognitionez̃ sensitiuã ⁊ appetitũ sensibilẽ habẽt sub quo irascibile ⁊ cõcupiscibilis cõtinẽtur. Que vo habẽt cognitionẽ intellectiuaz̃ ⁊ appetitũ cognitioni ppoztionatuz̃ habẽt. s. voluntatẽ. Voluntas igitur fm q̃ est appetitus nõ est ppriũ intellectualis nature. sed solum fm q̃ ab intellectu dependet. intellectus aũt fm se ppriꝰ est intellectuali nature. Beatitudo igitur vel felicitas in actu intellectus cõsistit substãtialiter ⁊ pncipaliter magis q̃ in actu voluntatis.

iprobº 2°nis p rationes prece. iducte.

2 ¶ Adhuc in oibus potẽtijs q̃ mouẽtur a suis obiectis: obiecta sunt naturaliter poza actibus illaz̃ potentiaz̃ sicut motoz naliter prior est q̃ moueri ipſi⁹ mobilis. ¶ alio aũt potẽtia est volũtas. appetibile. n. mouet appetentum. obiectũ igit volũtatis est prius nãliter q̃ actus ei⁹. ¶ Primũ igit ei⁹ obiectus pcedit oẽm actũ ipsius: nõ potest ergo actꝰ voluntatis primũ voluꝰ ẽ. hoc aũt est vltimus finis q̃ est beatitudo. ipossibile ẽ igit q̃ beitudo siue felicitas sit ipse actꝰ volũtatis.
3 ¶ Preterea in oibꝰ potẽtijs q̃ pñt cõuerti in suos actꝰ pus: oz q̃ actꝰ illiꝰ potẽtie ferat in obiectũ aliq̃d. ⁊ postmodũ ferat in suũ actũ. Si. n. intellectus itelligit se itelligere pus: opz ponere q̃ intelligat rẽ aliquã ⁊ cõsequẽter q̃ intelligat se itelligere. nam ipm intelligere q̃ intellectus intelligit alicuius obiecti est: vnde opz q̃ vel pcedatur in infinitũ. vel si est deuenire ad primuz̃ intellectum: hoc nõ erit ipsũ intelligere: sz aliqua res intelligibilis. Similiter opz q̃ primũ volitum nõ sit ipz velle: sed aliqd aliud bonũ: primũ aũt volitũ itellectualis nature ẽ ipsa beatitudo siue felicitas. naz̃ pter hoc volumus q̃cũq̃z volumꝰ. ipossibile ẽ igit felicitatẽ ẽntialr in actu volũtatis cõsistere.

4 ¶Amplꝰ nūquodqꝫ ſm ea que conſtituunt ſubſtātiā eius bꝫ natureſue virtutem. differt.n. verus bō a picto per ea q̄ ſubſtātiam boīs cōſtituūt: vera aūt beatitudo nō differt a falſa ſm actū volūtatis: nā eodez modo ſe bꝫ volūtas in deſiderādo vt amādo vel delectādo quicqd illud qđ ſibi ꝓponitur vt ſūmum bonū ſiue vere ſiue falſo. vtrū aūt vere ſit ſummuz bonuz qđ vt tale proponitur vel falſo: hoc differt ex parte intellectus. beatitudo igitur ſiue felicitas in intellectu eſſentialiter magis quam in actu voluntatis conſiſtit.

5 ¶Itē ſi aliqs actꝰ volūtatis eēt ipa felicitas: hic actus eēt aut ꝺſiderare aut amare aut delectari: ipoſſe ē ār q̄ deſiderare ſit vltimꝰ finis. Eſt eni deſideriū ſꝫ qđ volūtas tēdit in id qđ nondū bꝫ: hoc aūt cōtrariat rōni vltimi finis. Amare ēt nō pōt eē vltimus finis. amatur.n. bonū nō ſolū qñ habetur: ſed ēt quādo nō bētur. ex amore enim eſt qđ nō habitū deſiderio ārat. ⁊ ſi amor ſit habiti pfectio: fit hoc cātur ex hoc quod bonū bētur amatū. Aliud eſt igit bēre bonum qđ eſt finis quā amare: qđ ante bēre eſt iperfectū poſt bēre pfectū. Silr aūt nec delectatio eſt vltimus finis. Ipm.n. bēre bonū cā eſt delectationis. vel dū bonū nūc habitū ſentim⁹. vel dū pus habitū memoramur: vel dū in futuro bndū ſperam⁹. nō eſt igit delectatio vltimꝰ finis. nullus ē actꝰ volūtatis pōt eē ſubſtāntialr ipa felicitas.

6 ¶Adhuc ſi delectatio eēt vltimus finis. ipa ſm ſeipſā eēt appetēda. hoc aūt ē falſum. refert.n. q̄ delectatio appetat ex eo ad qđ cōſequit delectatio. nā delectatio que cōſequit bonas ⁊ appetēdas opatiōes. bona eſt ⁊ appetēda: q̄ aūt malas: mala eſt ⁊ fugienda: bꝫ igit qđ ſit bona ⁊ appetēda ex alio. nō ē igit ipa vltimꝰ finis qđ ē felicitas.

7 ¶Adhuc rectus ordo rex cōuenit cum ordine nature. nā res nāles ordinātur in ſuum finē abſq; errore. In nālibus aūtez eſt delectatio ꝓpter operationē. ⁊ nō econuerſo. videmus enim q̄ nā illis operatiōibus animaliū delectationem appoſuit que ſūt manifeſte ad fines neceſſarios ordinate: ſicut in vſu ciboꝝ qui ordinat ad cōſeruationem ꝺſidui. ⁊ in vſu venereoꝝ qui ordinatur ad conſeruationem ſpeciei: niſi enim eſſet delectatio animalia a predictis vſibus neceſſarijs abſtinerēt: impoſſibile ergo ē q̄ delectatio ſit vltimus finis.

8 ¶Item delectatio nihil aliud eſſe videt q̄ quietatio volūtatis in aliquo bono conuenienti: ſicut deſiderium eſt inclinatio voluntatis in aliquod bonū conſequēdum. ſicut aūt homo ꝓ volūtatē inclinat in finem ⁊ quietatur in illo. ita corpora naturalia habent inclinatiōes naturales in fines ꝓprios: que quidem quietātur fine iaz adepto. Ridiculū aūt eſt dicere q̄ finis motꝰ corporis grauis nō ſit eē in loco ꝓprio: ſed quietatio inclinationis qua in hoc tēdebat. Si enim hoc ꝓcipaliter natura ītēderet vt inclinatio quietaret nō daret eaz. dat aūt eaz vt per hoc in locū ꝓprium tēdat: quo conſecuto quaſi fine ſequit inclinationis quietatio. ⁊ ſic quietatio talis nō eſt finis ſed cōcomitans finē. Nec igit delectatio ē finis vltimus. ſꝫ cōcomitās ipſuz: multo igitur magis nec aliqs voluntatis actus eſt felicitas.

9 ¶Adhuc ſi alicuiꝰ rei ſit aliqua res exterior finis. illa eius operatio: dicet ēt finis vltimus per quaz primo cōſequit rem illā: ſicut bis quibus pecunia eſt finis. dicitur ēt poſſidere pecuniam finis. non autem amare neqz concupiſcere. Finis autem vltimꝰ ſubſtātie intellectualis eſt deꝰ. illa igit operatio hominis eſt ſubſtantialiter eius beatitudo vel felicitas per quam primo attingit ad deum. hoc autem eſt intelligere. naz vel le non poſſumus quod non intelligimus. Eſt igitur vltima felicitas hominis in cognoſcendo deum per intellectum ſubſtātialiter ⁊ non in actu voluntatis. ¶ Jam igitur per ea que dicta ſūt patet ſolutio in cōtrarium obiectorum. Non enim ſi felicitas per hoc quod habet rationem ſummi boni eſt obiectum voluntatis. propter hoc neceſſe eſt quod ſit ſubſtantialiter ipſe actꝰ voluntatis. (vt prima ratio procedebat). Immo ex hoc ipſo quod eſt primum obiectum ſequitur quod non ſit actus eius vt ex dictis apparet. ¶ Nec etiam oportet quod omne id quo res quocūqz modo perficitur ſit finis illius rei. (ſicut ſecunda ratio procedebat). Eſt enim aliquid perfectio alicuius dupliciter. ¶ Uno modo vt habentis iam ſpeciez. ¶ Alio modo vt ad

ſolo pō rōnis. Ad oppoſituz facte in 1ño ca.

spēm habēdā: sicut pfectio dom⁹ fm q iā
bz spēz est id ad qđ spēs domus ordinat. s.
habitatio. Nō. n. dom⁹ fieret nisi pp hoc.
vñ t in diffinitiōe dom⁹: opz b⁹ poni si debe
at diffinitio eē pfecta. pfectio ẋo ad spēm
domus est tā id qđ ordinat ad spēz cōstitu
endam sicut ꝓncipia substātialia ipsi⁹. q̄z id
qđ ordinat ad spēi cōseruationē sicut appo
diacula q̄ fiūt ad sustētationē domus. quā
etiā illa que faciūt ad hoc q vsus domus
sit cōuenictior: sicut pulchritudo dom⁹. Il
lud igit quod est pfectio rei fm q iā bz spe
ciem est finis ipsi⁹: vt habitatio est finis do
mus. Et silr ꝓpria opatio cuiuslibet rei q̄
5 ¶ Preterea intellectus agens secundu3 alium ordinem comparatur ad intellecta speculatiua quorum est factiuus. t substantias separatas quarum non est factiuus. sz cognoscitiuus tantum secundum eius positionem. non igitur oportet si copuletur nobis per hoc q̄ est factiuus intellectoru3 speculatiuorum q̄ copuletur nobis secundum q̄ est cognoscitiu⁹ substātiaz separataz. sz in tali processu ē deceptio manifeste fz accns.

6 ¶ Adhuc si per intellectum agentem cognoscimus substantias separatas. hoc non est inquantum intellectus agens est forma huius vel istius intellecti speculatiui. sed in quantum sit forma nobis. sic enim p ipsu3 possumus intelligere. Fit autem forma nobis etiam per prima intellecta speculatiua secundum q̄ ipse dicit. ergo statim a principio homo potest per intellectum agentem intelligere substantias separatas. ¶ Si autem dicatur q̄ nō fit nobis perfecte forma per quedam intellecta speculatiua intellectus agens vt per ipsum possumus intelligere substantias separatas. ¶ Hoc nō est nisi quia ipsa intellecta speculatiua nō adequant perfectionem intellectus agentis in intelligendo substantias separatas. sed nec omnia intellecta speculatiua simul accepta adequant illam perfectionem intellect⁹ agētis secundum q̄ intelligit substantias separatas. cum omnia hec non sint intelligibilia nisi inquantum sunt facta intellecta. illa vero sunt intelligibilia secundum suaz naturam. non igitur per hoc q̄ omnia speculatiua intelligibilia scimus. oportebit q̄ ita perfecte intellectus agens fiat nobis forma q̄ per ipsum intelligamus substātias separatas. vel si hoc non requiritur oportebit dicere q̄ intelligendo quodlibet intelligibile intelligimus substantias separatas.

Solu°

Impro batio

¶ Oz vltima felicitas hominis nō cōsistit in cognitōe substantiaz separataz qualem predicte opiniones fingunt. 44.

¶ Onest aūt possibile neq; felicitatem humanaz in tali cognitione substantiaruz separatarum ponere sicut predicti phi posuerūt. ¶ Nanū enim est q̄ est ad finem quem nō pōt cōsequi. cum igitur finis hominis sit felicitas in quam tendit naturale ipsius desiderium nō pōt poni felicitas hominis in eo ad q̄ hō peruenire nō pōt. alioquin sequeret̄ q̄ hō eēt inane t nale eius desideriū eēt inane. qō est ipossibile. Quod aūt intelligere substantias separatas hōi sit ipossibile fm predictas positiones. (ex dictis est manifestum). nō est igitur in tali cognitione substātiarum separatarum felicitas hominis constituta.

2 ¶ Preterea ad hoc q̄ intellectus agens vniatur nobis vt forma. ita q̄ per ipsuz intelligamus substantias separatas. requirit̄ q̄ generatio intellectus in habitu sit cōpleta. (fm Alexandrum). vel q̄ omnia intellecta speculatiua sint scā in nobis i actu. (fm Auerroim). q̄ duo in idem redeunt. nam fm q̄ intellectus in habitu generat in nobis secundum q̄ intellecta speculatiua fiunt in nobis in actu. Omnes aūt species rerum sensibilium sunt intellecte in potentia. Ad hoc igitur q̄ intellectus agens copuletur alicui: oportet q̄ itelligat in actu per intellectum speculatiuum omnes naturas rerum sensibilium t omnes virtutes t operationes t motus eorum. quod non est possibile aliquem hominem scire per principia scientiarum speculatiuarum p quas mouemur ad continuationem intellectus agentis. vt ipsi dicunt. cum ex his que nostris sensibus subsunt. ex quibus sumuntur principia scientiarum speculatiuarum non possit peruenīri ad omnia predicta cognoscenda. Est igitur impossibile q̄ aliquis homo ad illam continuationem perueniat p modū ab eis assignatū. nō est igitur possibile q̄ in tali continuatione sit hois felicitas.

3 ¶ Adhuc dato q̄ talis continuatio hominis ad intellectum agentem sit possibilis qualem ipsi describunt. planum est quod

talis perfectio paucissimis hominum advenit in tantum q̄ nec ipsi nec aliqui quātūcunq; in scientijs speculatiuis studiosi et periti ausi sunt talē perfectionē de se p̄fiteri: quinimo omnes plurima a se asserunt ignorata (sicut Aristote. quadraturā circuli). et rationes ordinis corporum celestium in quibus. (vt ipsemet dicit in .2. de celo). non nisi topicas rationes reddere potest. ¶ Et quid sit in eis necessarium et eorum motoribus alijs. (reseruat in vndecimo metaphisice). felicitas autē est quoddam commune bonum ad quod plures peruenire possunt nisi sint orbati. (vt Aristo. dicit in primo ethicorum). et hoc etiam verum est de omni fine naturali alicuius speciei: quia ipsum consequuntur ea que sunt illius speciei vt in pluribus: non est ergo possibile quod vltima hominis felicitas in continuatione predicta consistat.

ver.cō. 61. ver.cō. 36. et infra.

4 ¶ Patet autem quod nec Aristo. cuius sententiam sequi conantur predicti philosophi in tali continuatione hominis vltimam felicitatē opinatus est esse. ¶ Probat enim in primo ethicorum. (quod felicitas hominis est operatio ipsius secundū virtutem perfectam). vnde necesse fuit q̄ de virtutibus determinaret quas diuisit i virtutes morales et intellectuales. ¶ Dicit autem in decimo eiusdem libri. (quod vltima felicitas hominis est in speculatione). vnde patet quod non est in actu alicuius virtutis moralis nec prudentie: nec artis que tamen sunt intellectuales. Relinquitur igitur quod sit operatio secundum sapientiam que est precipua inter tres residuas intellectuales: que sunt sapientia: scientia et intellectus. (vt ostendit in sexto ethicorum). (Vnde. Et in .10°. ethicorum). sapientem indicat esse felicem: sapientia autem secundum ipsum est vna de scientijs speculatiuis caput aliarum. (vt dicitur in. vi. ethicorum). (et in principio metaph). scientiam quam in illo libro tradere intendit: sapientiam nominat. ¶ Patet ergo q̄ opinio Aristote. fuit q̄ vltima felicitas quam homo in hac vita acquirere potest sit cognitio de rebus diuinis qualis per scientias speculatiuas haberi potest. Ille autem posterior modus cognoscendi res diuinas non per viam scientiarum speculatiuarum sed quodam generatione ordine naturali est confictus ab expositoribus quibusdam.

ca.4. ca.8. ca.8.

¶ Quō non possumus in hac vita intelligere substantias separatas. 45.

Via igitur secundum modos predictos substantie separate non possunt cognosci a nobis in vita ista: inquirendum restat vtrū aliquo modo in vita ista substantias ipsas separatas intelligere possimus. ¶ Quod autem hoc sit possibile nititur ostendere Themistius per locum a minori. Substantie enim separate sunt magis intelligibiles quam materialia. Nec enim res consunt intelligibiles inquantum sunt facta in mente intellecta in actu per intellectum agentem: illa vero sunt secundum seipsa intelligibilia de se. si ergo intellectus noster comprehendit hec materialia: multo magis natus est intelligere illas substantias separatas. ¶ Hec autem ratio secundus diuersas opiniones de intellectu possibili diuersimode inducenda est. Si enim intellectus possibilis non sit virtus a materia dependens et sit iterum secundum se a corpore separatus. (vt Auerroys ponit). sequetur q̄ nullum necessarium ordinem ad res materiales habeat: vnde que sunt magis intelligibilia in seipsis: erunt et magis intelligibilia: sed tunc sequi videtur q̄ cum nos a principio per intellectum possibilem intelligamus: q̄ a principio intelligamus substantias separatas: quod patet esse falsum. ¶ Sed hoc inconueniens euitare Auerroys nititur secundum ea que de eius opinione dicta sunt: que patet esse falsa et premissis. Si autem intellectus possibilis nō est a corpore separatus secundum esse ex hoc ipso q̄ est tali corpori virtus secundum esse: habet quedam necessarium ordinem ad materialia vt non nisi per illa ad aliorū cognitionē peruenire possit. vnde nō sequit si substātie separate in seipsis sint magis intelligibiles q̄ pp hoc sint magis intelligibiles intellectui nro. Et hoc demonstrant verba: (Aristotelis in secundo me-

ex mia aristo.

tertu. cō. 17mi

lapdi.). Dicit enim ibidem: (q̄ difficultas intelligendi res illas accidit ex nobis non ex illis. Nam intellectus noster se habet ad manifestissima rerum sicut se habet oculus vespertilionis ad lucem solis). Unde per materialia intellecta non possunt intelligi substantie separate: (vt supra ostensum est). Sequetur quod intellectus possibilis noster nullo modo possit intelligere substantias separatas. ¶ Hoc etiam apparet ex ordine intellectus possibilis ad agentem. Potentia.n. passiua ad illa solum est in potentia in que potest proprium eius actiuum omni.n.potentie passiue respondet potentia actiua in nā: alias potētia passiua esset frustra cū non possit reduci in actum nisi p actiuum: vnde videmus q̄ visus nō est susceptiuus nisi colorum qui illuminantur p lucem: intellectus autem possibilis cum sit virtus quoddammodo passiua habet proprium agens sibi respondens. s. intellectum agentem: qui ita se hz ad intellectū possibilem: sicut se hz lux ad visum: nō est igit̄ intellectus possibilis in potētia nisi ad illa intelligibilia que sunt facta p intellectum agētem. (vnde t Ari. in. iij. de anima). describens verūq̄ intellectum dicit. (q̄ intellectus possibilis ē quo ē oia fieri: agēs vero quo ē oia facere). vt ad eadē vtriusq̄ potētia referri intelligatur huius actiua: illius passiua. Cum ergo substātie separate nō sint tacte intellecte in actu per intellectum agentem: hz solū materialia: ad hec sola se extendit possibilis intellectus: non igitur per ipz possumus intelligere substantias separatas. ¶ Propter quod Aristoteles congruo exemplo vtus est: naz oculus vespertilionis nūq̄ pōt videre lucē solis: (quia Auerroys): hoc exēplū deprauare nitatur dicēs: (q̄ simile nō est de intellectu nostro ad substātias separatas t oculo vespertiliōis ad lucem solis quantū ad ipossibilitatē: sed solū quantū ad difficultatē. qō tali rōne p bat ibidē: quia si illa q̄ sunt intellecta hz se. s. de separate essent nobis ipossibiles ad intelligendū frustra essent sicut si eēt aliq̄ visibile qō a nullo visu videri possit). ¶ Que quidem rō q̄s frivola sit apparet. Et si. n. a nobis nūquā ille substātie intelligerētur: tñ intelligerentur a seipsis. vnde ne frustra intelligibiles essent sicut nec sol frustra visibilis est. (vt Ari. exemplum prosequamur): quia non potest ipsum videre vespertilio: cum possit ipsum videre homo t alia animalia: sic ergo intellectus possibilis si ponitur corpori virtus secundum eē non potest intelligere substantias separatas. Interest tamen qualiter de substantia ipsius sentiatur. Si enim ponatur esse quedam virtus materialis generabilis t corruptibis: (vt quidā posuerūt). sequitur q̄ ex sua substātia determinatur ad intelligēdum materialia: vnde necesse est q̄ nullo modo possit intelligere substantias separatas: quia impossibile erit ipsum esse separatum. Si autem intellectus possibilis quāuis sit corpori virtus: est tamen incorruptibilis t a materia non dependens secundum suum esse. (sicut supra ostendimus). sequitur q̄ obligatio ad intelligēdas res materiales accidat ei ex vnione ad corpus: vnde cum anima a corpore tali fuerit separata: intellectus possibilis intelligere poterit ea que secundū se sūt intelligibilia scilicet substantias separatas per lumen intellectus agentis quod est similitudo in anima intellectualis lumis qō est in substātijs separis. ¶ Et hec ē sentētia nostre fidei de intelligēdo substas separatas a nobis post mortem t non in hac vita.

¶ Q̄ anima in hac vita non intelligit seipsam per seipsam. 46.

tertu. cō. 18.

2° mēte cō. p̄mo

Impro bario ex positōis oppo.

Videtur autē difficultas quedam contra p̄dicta asserri ex quibusdā Aug. verbis que diligenter pertractāda sūt. ¶ Dicit enim in. viij. de trini. (q̄ mens sicut corporearum rerum notitias per sensus corporis colligit: sic incorporearum rerum per semetipsā): ergo t seipsā p seipsā novit: qm̄ ipsa est incorporea. ¶ Ex his enim verbis videtur q̄ mens nostra se per seipsam intelligat t intelligendo se intelligat substantias separatas: quod est cōtra p̄dicta. ¶ Inquirere ergo oportet quo modo anima nostra per seipsam intelligat se. ¶ Impossibile ē autē dici q̄ per seipsā intelligat de se qd est. ¶ Per hoc. n. fit potentia cognoscitiua actu cognoscēs q̄ ē in ea id quo cognoscit. Et si qdē sit i ea i potē

Lo° 2°.

Con°. p̄bo.

rta cognoscit in potentia. si aũt in actu cognoscit in actu. si aũt medio mõ: cognoscit habitu. Ipsa aũt aia semp adest sibi actu t nunq̃ in potẽtia vel in habitu tm̃. si igitur p seipsam aia seipsã cognoscit quid est sep actu intelliget de se qd est. qõ pz esse falsũ.

¶ Adhuc si aia p seipsaz cognoscit de se qd est. ois aũt hõ aiam hz. ois igit homo cognoscit de aia qd est qõ pz eẽ falsum.

¶ Amplius cognitio q̃ fit p aliquid nãr nobis inditũ est nãlis sicut principia indemonstrabilia q̃ cognoscũt p lumen intellectus agentis. Si igit nos de aia scimus qd est p ipsam aiam. b erit nãliter notũ. in bis aũt q̃ nãliter nota sunt nullus põt errare. in cognitiõe. n. principioz indemõstrabiliũ nullus errat. nullus igit erraret circa aiam qd est. si hoc aia p seipsm cognosceret. qõ patet eẽ falsum cum multi opinati sint animam esse hoc vel illud corpus. t aliqui numerum vel armoniã. nõ igitur anima per seipsam cognoscit de se quid est.

¶ Amplius in quodlibet ordine qõ ẽ p se. est ꝑius eo qõ est p aliud t ꝑncipiũ eius. qõ ergo est p se notũ est ꝑius notũ oĩbus q̃ p aliud cognoscunt. t ꝑnciplũ cognoscendi ea sicut prime propositões cõclusiõib⁹. Si igit aia p seipsã de se cognoscit qd est. hoc erit p se notũ. t p cõsequẽs ꝑmo notũ t ꝑncipiũ cognoscẽdi alia. hoc aũt pz eẽ falsum nã qd est aia nõ supponit in scia q̃si notuz. sed ꝑponit ex alijs ingrẽdũ. nõ igit anima de seipsa cognoscit qd est p seipsaz. ¶ Potest q̃ nec ipse Aug. hoc voluit. ¶ Dicit. n. in. 10. lib. de trini. ¶ Qõ aia cũ sui notitiã q̃rit. nõ vult absentẽ se q̃rit cernere. sz ꝑsentẽ se curat discernere. nõ vt cognoscat se q̃si nõ noũt. sz vt dinoscat ab eo q̃ alterum nouit. ¶ Ex quo dat intelligere q̃ aia p se cognoscit seipsã q̃si ꝑsentẽ q̃si ab alijs distãtiã. vñ t in hoc dicit alios errare q̃ aiam nõ distinxerũt ab illis que sunt ab ipsa diuersa. per hoc q̃ scit de re qd est. scit res qd est prout est ab alijs distincta. vñ t diffinitio que signat qd est rei. distinguit diffinitum ab oĩbus alijs. nõ igitur voluit Aug. qõ anima de se cognoscat qd est p seipsaz. ¶ Nec Aristo. hoc voluit. (Dicit enim in tertio de anima q̃ intellectus possibilis intelligit se sicut alia). intelligit enim se p speciem intelligibilem qua fit actu in genere intelligibilium. in se enim consideratus est solum in potentia ad esse intelligibile. Nihil autem cognoscitur fm q̃ est in potẽtia. sed fm q̃ est in actu. vnde substantie separate quarũ substantie sunt vt aliquid actu ens in genere intelligibilium de se intelligunt quid sunt per suas substantias. Intellectus vero possibilis noster per speciem intelligibilem per quam fit actu intelligens. (vnde t Aristo. in tertio de anima ex ipso intelligere demonstrat naturam intellect⁹ possibilis). scilicet q̃ sit immixtus t incorruptibilis. (vt ex premissis patet). Si igitur secundum intentionem Aug. mẽs nostra per seipsam nouit seipsam. iquãtũ de se cognoscit quod est. et hoc enim ipso qõ percipit se agere percipit se esse: agit autem per seipsam. vnde per seipsam de se cognoscit quod est. Sic ergo t de substantijs separatis anima cognoscendo seipsaz cognoscit quia sunt. non autem quid sunt. quod est earum substantias intelligere. Cũ enim de substantijs separatis hoc q̃ sint intellectuales quedam substantie cognoscamus. Vel per demonstrationem vel per fidem. neutro modo hanc cognitionem accipere possumus. nisi hoc ipsum quod est intellectuale anima nostra ex seipsa cognosceret. Vnde t scientia de intellectu anime oportet vt vt principio ad omnia que de substãtijs separatis cognoscimus. nõ aũt oz q̃ si per scientias speculatiuas possimus peruenire ad sciendum de aia qd est. quod possimus ad sciendum quid est de substantijs separatis per huiusmodi scientias deuenire. nã intelligere nostrum per quod peruenimus ad sciendum de aia nostra quid est multum est remotũ ab intelligentia substãtie separate. põt mi p hoc quod scit de aia nostra qd est. pueruri ad sciẽdũ aliquod genus remotũ substantiaz separataz. quod nõ est eaz subas intelligere. ¶ Sicut autẽ de aia scimus q̃ est p seipsã inquantũ eius actus percipimus. qd aũt sit ingrim⁹ ex actibus t obiectis p ꝑncipia scientiaz speculatiuaz. Ita etiã de bis q̃ sunt in aia nostra. s. potẽtijs t habitibus scimus qdẽ q̃ sunt in quantũ actus percipimus. Quid vero sint ex ipsorum actuum qualitate inuenimus.

Declaratio Au. Augu. ca⁹ 9⁰

tertiũ. cõ. 16.

ter. 9. 3. t infra

cō nō possumus in hac vita videre deū per essentiam. 47.

Si autem alias substantias separatas in hac vita intelligere nō possumus pp̄ infirmitatē intellectus nostri ad fantasmata. multo minus in hac vita diuinā ēntiā videre possumus: q̄ trāscēdit oēs substās separatas. ℣ Huius aūt signū hinc ēt accipi pōt. ℣ Quia quanto magis mēs nostra ad cōtēplanda spiritualia elevat: tāto magis abstrahit a sensibilibus. vltimus autē terminus quo cōtēplatio pingere pōt est diuina substantia. vnde oz mentē q̄ diuinā substantiā videt totaliter a corporibus sensibus ēē absolutā vel p̄ mortē vel p̄ aliquē raptū. ℣ Dic ē qđ dr̄ et persōa dei. Exo. 33. (Nō videbit me hō t viuet). Oz autē in sacra scriptura aliqui deū vidisse dicunt: oz intelligi hoc fuisse per aliquā imaginariam visionē seu ēriā corporalē prout. s. p̄ aliquas corporeas spēs: vel exterius apparentes: vel interius formatas imaginatōe diuine virtutis presentia demonstrabat. vt ēt fm̄ q̄ aliqui spirituales substantie aliquā cognitionē de deo intelligibilē p̄ceperunt. ℣ Difficultatē aūt afferunt quedā verba Augu. et quibus vr̄ q̄ in hac vita possim' intelligere ipsum deū. (dicit.n. in. 9. lib. de trini.). q̄ in eterna veritate et qua omnia facta sunt: formā fm̄ quā sumus t fz quā vel in nobis vel in corporibus vera t recta rōne quid opamur vitu mētis cōspicimus etq̄ inde p̄ceptā rerū veracē noticiā apud nos habemus. Duodecimo ēt cōfess. dicit. (Si ambo videmus verū ēē q̄ dicis: t ambo videmus verū ēē q̄ dico: vbi q̄so id videmus: nec ego vtiq̄ in te nec tu in me: fz ambo in ipsa q̄ supra mētes nostras est incōmutabili veritate. ℣ In lib. ēt de vera religiōe dicit q̄ fm̄ veritatē diuinā de omnibus iudicamus. ℣ In lib. aūt soliloquiorum dicit. (q̄ prius est veritas cognoscenda per quā pnt alia cognosci). qđ de veritate diuina intelligere videt. ℣ Videt ergo ēt verbis eius q̄ ipsum deū qui sua veritas est: videamus: t p̄ ipsum alia cognoscamus. ℣ Ad idē ēt primere vident verba eiusdez. (que ponit in. 12. de trini.). sic dicēs. (Rationis est iudicare de istis corporalibus fz rōnes incorporales t sempiternas que nisi supra mētē humanā essent incōmutabiles profecto nō ēēnt. ℣ Rōnes aūt incōmutabiles t sempiterne alibi q̄ in deo esse non pōt: cum solus deus fm̄ fidei doctrinā sit sempiternus. Videt igit̄ seq̄ q̄ deū in isto vita videre possimus: t p̄ hoc q̄ eā t in eo rerū rōnes videmus de aliis iudicamus. ℣ Nō est aūt credendū. (q̄ Augu. in verbis p̄missis senserit q̄ in hac vita deum per suā ēntiā intelligere possimus). cui cō trariū dicat. (in lib. de videndo deum ad Paulinā). Qualiter igit̄ illā incōmutabilem veritatē vel istas rōnes eternas in hac vita videamus t secūdū eā de aliis iudicemus inquirendū est. ℣ Veritatē quidē in aia ēē. (ipse Augu. in lib. soliloquiorū p̄fitetur). vnde ab eternitate veritatis immortalitatē aīe probat. Nō solū aūt sic veritas est in aia sicut deus q̄ ēntiam in rebus omnibus dicit: neq̄ sicut in rebus oibus est per suā similitudinē prout vnaquaq̄ res intīe dicit vera inquantū ad dei similitudinē accedit. nō enim in hoc aia rebus aliis p̄fert. Est ergo spiritualis mō in aia inquantū veritatē cognoscit: sicut igit̄ anime t rebus aliis vere quidē dicunt in suis naturis secundā q̄ similitudinem illius summe nature bñt quod est ipsa veritas cū sit suum intellectū esse: ita id quod per aiam cognitum est: verū est inquantū illius diuine veritatis quā deus cognoscit similitudo quedam existit in ipsa. ℣ Vnde t glosa super illud psalmiste. (Diminute sūt veritates a filiis hoīuz). dicit. (q̄ sicut ab vna facie resultant multe facies in speculo: ita ab vna prima veritate resultant multe veritates in mentibus hominum). Quāuis autem diuersa a diuersis cognoscantur t credantur vera: tñ quedam sunt vera in quibus oēs homines cōcordant: sicut sunt prima principia intellectus tam speculativi q̄ practici secundum q̄ vniuersaliter in mentibus hominum diuine veritatis quasi quedam imago resultat. Inquantum ergo quelibet mens quicquid per certitudinem cognoscit in his principiis intuetur secundum que de omnibus iudicatur facta resolutione in ipsa dicitur omnia in diuina veritate vel in rationibus

Aug. Anto. ꝑ fmiſ. 7.

ea° x°

Decla/ratio Au. Augu.

eternis videre ꝛ secundū eas de oībus iudicare. ¶ Et hunc sensum confirmant. (ver Augu. soliloquijs). qui dicit. ¶ Q̄ō scientiarū speculamina videnť in divina veritate sicut visibilia in lumine solis que cōstat nō videri in ipso corpore solis. sed per lumen qō est similitudo solaris claritatis in aere ꝛ similibus corporibus relicta. ¶ Et hic ergo verbis Augu. nō habef q deus videatur scōm suā substantiā in hac vita. sed solum sicut in speculo. ¶ Q̄ō ꝛ apls de cognitione huius vite confitef dicens. i. Cor. 13. (Videmus nūc per speculū). qō ē mēs humana de propinquiori dei similitudinē repzesentet q̄z inferiores creature: tamē cognitio dei que ex mēte humana accipi pōt nō excedit illud genꝰ cognitōis qō ex sensibilibus sumif. cū ꝛ ipsa de seipsa cognoscat qd est p bꝰ q nāe sensibiliū itelligit. (vt dictum est). vnde nec per hanc viam cognoscī deus altiori modo potest q̄z sicut cognoscatur causa per effectum.

¶ Q̄ vltima felicitas hominis non sit in hac vita. 48.

Ergo humana felicitas vltima nō consistat in cognitione dei qua cōiter ab oibus vel pluribus cognoscitur scōm quādā estimationē confusam. neq; itez in cognitione dei qua cognoscit per viā demonstratōis in scientijs speculatiuis. neq; in cognitōe dei qua cognoscit per fidē. (vt in superioribus est ostensum). nō aūt est possibile in hac vita ad altiorē dei cognitionē peruenire vt per essentiā cognoscat vel saltem ita q alie substantie separate intelligant: vt et his possit deus quasi de propinquiori cognosci. vt ostensum est). oportet aūt in aliqua dei cognitōe felicitatē vltimā pōi. (vt supra probatum est). impossibile est q in hac vita sit vltima hominis felicitas.

2 ¶ Itē vltimus finis hoīs terminat eius naturalē appetitū ita q eo habito nihil aliud queri. Si. n. adhuc mouef ad aliud: nōdū hꝫ finē in quo quiescat. Hoc aūt in hac vita accidere nō pōt. quāto enim plus aliquis intelligit. tanto magis in eo desiderīū intelligendi augef qō est oibus naturale: nisi forte aliqs sit qui oia intelligat. qō in hac vita nulli vnquā accidit qui ēt solū homo nec est possibile accidere: cū in hac vita substantias separatas que sunt maxie intelligibiles cognoscere non possumus. (vt ostēsum est). non est igitur possibile vltimam hominis felicitatem in hac vita esse.

3 ¶ Adhuc oē q mouef i finē desideret nāliter stabiliri ꝛ gescere in illo. vñ a loco quo corpus nāliter mouef nō recedit nisi p motū violentū q cōtrariat appetitui. Felicitas aūt est vltimꝰ finis quē hō nātr desiderat. Est igit hois desideriū nāle ad hoc q in felicitate stabiliat. nisi igit cū felicitate pariter īmobilitq; stabilitatē cōsequat: nōdū est felix eius desiderio nāli nōdū quiescēte. Quz igitur aliquis felicitatē cōsequit: pariter stabilitatē ꝛ getē p̄sequit. vnde ꝛ oium hec est de felicitate cōceptio q de sui rōne stabilitatē regrat. (pp qō pbus dicit in. i. etbicorū). q non estimamus felicē camaleonta quedā. In vita aūt ista nō est aliqua certa stabilitas. cuilibet enim quātūcūq; felix dicatur possibile est infirmitates ꝛ infortunia accidere qbꝰ impedit ab operōe. q̄cūq; sit illa in q̄ ponit felicitas. nō igit est possibile i hac vita esse vltimam hominis felicitatem. ca. 14.

4 ¶ Amplius inconueniens videt ꝛ irrōnabile q tēpus generatōis alicuius rei sit magnum. tēpus aūt durationis ipsius sit paruum. sequeretur enī q natura in maiori tempore suo fine priuaretur. vnde videmus q aialia que paruo tēpore viuūt: parvum etiā tempus ad hoc q perficiant bīt. Si aūt felicitas consistat in perfecta operatione secundum virtutem ꝑfectam vel intellectualem vel moralem. impossibile est eaz aduenire homini nisi post tempus diuturnum. ꝛ hoc maxime in speculatiuis apparet in quibus vltima felicitas hominis ponitur. (vt ex pdictis patet). nam vix vt vltima etate homo ad perfectam speculationem scientiarum peruenire potest. tunc autem vix plurimum modicum restat humane vite. nō est igitur possibile in hac vita vltimam hominis felicitatem eē perfectam.

5 ¶ Preterea felicitatem perfectaz quod dam bonum omnes consitentur. alias appetitum nō quietaret. perfectum aūt bonū est quod oino caret admixtione mali: sicut perfectum album est quod est oino imper-

mitrum nigro. Non est autez possibile q̄ homo in statu istius vite oino sit immunis a malis non solum corporalibus siue carnalibus que sunt fames sitis frigus t alia huiusmodi: sed etiam a malis anime. nullus enim inuenitur qui nō aliquando inordinatis passionibus inquietetur. qui nō aliquando praetereat medium in quo virt⁹ cōsistit vel in plus vel in minus. qui non etiā in aliquibus decipiatur vel saltem ignoret que scire desideraret: aut etiam debili opinione cōcipiat ea de quibus certitudinē habere vellet. non est igitur aliquis in hac vita felix.

6 ¶ Adhuc homo naturaliter refugit mortem t tristatur de ipsa non solum vt nunc cum eam sentit t eam refugit. sed etiam cū eam recogitat. Hoc autem q̄ non mortalis homo non potest assequi in hac vita. nō est igitur possibile q̄ hō in hac vita sit felix.

7 ¶ Amplius felicitas vltima non cōsistit in habitu. sed in operatione: habitus. n. pp actū sunt. sed impossibile est in hac vita cōtinue agere quācūq; actionē. Impossibile est igitur in hac vita hominē totaliter eē felicez.

8 ¶ Item quanto aliquid est magis desideratum t dilectū: tanto eius amissio maiorē dolorem t tristitiam affert. Felicitas autē maxime desideratur t amatur. maxie igit eius amissio tristitiam habet. Sed si sit in hac vita vltima felicitas. certū est q̄ amitteret saltem per mortē. t nō est certū verū diuturna sit vsq; ad mortē. cuz cuilibet homini possibile sit in hac vita accidere morbos quibus totaliter ab operatione virtutis impeditur sicut frenesiz t alia huiusmodi in quibus impeditur rationis vsus. semper igitur talis felicitas habebit tristitiam naturaliter annexam. non erit igitur perfecta felicitas. ¶ Poterit autem aliquis dicere q̄ cum felicitas sit bonum intellectualis nature: perfecta t vera felicitas est illorum in quibus natura intellectualis perfecta inuenitur. i. in substantijs separatis. In hominibus autem inuenitur imperfecta p modum participationis cuiusdam. Ad veritatem enim intelligendam plene non nisi per quendam inquisitionis motum pertingere possunt. t ad ea que sunt secundū naturam maxime intelligibilia omnino deficiunt. (sicut ex dictis patet). vnde nec felicitas secundum suam perfectam rationez potest omnibus hominibus adesse. sed aliquid ipsius participant etiam in hac vita. Et hoc videt fuisse sentētia Aristo. de felicitate. (vnde in primo ethico.). vbi inquirit ca° 14° vtrum infortunia tollant felicitatem ostenso q̄ felicitas sit in operationibus virtutis que maxime permanentes in hac vita esse videntur: concludit illos quibus talis perfectio in hac vita quidem adest esse beatos. vt homines quasi non simpliciter ad felicitatē pingētes: sed mō hūano. ¶ Ad aūt p dicta responsio rationes premissas nō euacuet ostendendū est. ¶ Homo enim t si naturali ordine substantrije separatis sit inferior. creaturis tamen irrationalibus superior est: perfectiori igitur modo suum finem vltimum consequitur q̄ illa: illa vero sic p fecte suum finem vltimum consequuntur quod nihil aliud querunt. graue enim cuz fuerit in suo vbi quieuit: animalia etiaz cū fruuntur delectationibus secundum sēsum eorum naturale desiderū quietatur. oportet igitur multo fortius q̄ cum homo peruenerit ad suum finem vltimum: naturale eius desiderium quietetur. Sed hoc nō potest fieri in vita ista: ergo homo non consequitur felicitatem prout est finis propinquus eius in hac vita. (vt ostēsum est). oportet ergo q̄ consequatur post hanc vitam.

Impro batio

2 ¶ Adhuc impossibile est naturale desiderium esse inane: natura enim nihil facit frustra. Esset autem inane nature desiderium si nunquam posset impleri. est igitur impletibile desiderium naturale hominis. Non autem in hac vita. (vt ostensum est). oportet igitur q̄ impleatur post hanc vitā. Est igitur felicitas vltima hois post hanc vitā.

3 ¶ Amplius quādiu aliqd mouet ad perfectionē: nōdū est in vltimo fine. sed oēs homines cognoscēdo veritatē sp se hūt vt moti t tēdētes ad perfectionē. q: illi q̄ sequuntur sp inueniunt alia ab illis que a prioribus inuenta sūt. (sic vt i. 2 metaph:). nō igit hois in cognitōe veritatis sic se hūt q̄si in vltimo fine existētes: cū igit in speculatōe p quam querit cognitio veritatis maxie videat vltia hois felicitas i hac vita ꝓsistere. (sic et ipse Arist. phat in. 10. ethi.). impossibile ē dicere q̄ hō in hac vita vltimū finē suū ꝓsequat.

ad rōnes superiores

terti. cō. primi

ca° 10°

4 ¶ Preterea oĕ qđ est in potentia intendit exire in actum: quādiu igit nō est ex toto factū in actu nō est in suo fine vltimo: intellectus aūt noster est in potentia ad oēs formas rerū cognoscendas: reductꝫ aūt in actum cum aliquā earū cognoscit: ergo nō erit ex toto in actu nec in vltimo suo fine nisi quando oia saltem ista materialia cognoscit. Sed hoc nō pōt homo assequi per scientias speculatiuas quib⁹ in hac vita veritatē cognoscimus. Non est igitur possibile ꝙ vltima felicitas hominis sit in hac vita.

Alexā. Auer. ¶ Propter has aūt ꝛ hmōi rōnes Alexander ꝛ Auerroys posuerunt vltimā felicitatē hominis non esse in cognitione humana q̄ est per scientias speculatiuas. sed per continuationē cū substantia separata quam eē credebant possibilem homini in hac vita. ¶ Quia vero Aristo. vidit ꝙ non est alia cognitio homis in hac vita q̄ per scientias speculatiuas: posuit hoiem non conseq̄ felicitatē perfectā. sed suo modo. ¶ In quo satis apparet quantā angustiā patiebant hic inde eorū preclara ingenia a quibus angustijs liberabimur si ponamus fm probationes premissas homines ad verā felicitatē post hanc vitam peruenire posse: alia hoīs immortali existente: in quo statu aia intelliget per modū quo intelligunt substantie separate. (sicut in secundo huius operis ostēsum est). erit igitur vltima felicitas hominis in cognitōe dei quā habet hūana mēs post hāc vitam per modū quo ipsū cognoscit substantie separate. ¶ Propter quod Matb. 5. dñs mercedē in celis nobis promittit. ¶ Et Matb. 22. dic. (ꝙ sancti erūt sicut angeli. Qui vident deū semp in celis vt dī Matb. 18.).

Auc. s. scriptu.

¶ Q̄ substantie separate non videt deum per essentiam ex hoc ꝙ cognoscunt eum per suas essentias. 49.

Portet autē inquirere vtrū hec ipsa cognitio qua substantie separate ꝛ animę post mortē cognoscūt deū p̄ suas essentias sufficiat ad ipsaꝝ vltimā felicitatē. ¶ Ad cuius veritatis indagationē primo ostendendū est ꝙ per talem modum cognitionis nō cognoscit diuina essentia. ¶ Contingit enim ex effectu causā proprio cognoscere multipliciter. Vno modo fit ꝙ effectus sumitur vt medium ad cognoscēdū de eā ꝙ sit ꝛ ꝙ talis sit: sicut accidit in scientijs que causam demonstrant p̄ effectum. Alio modo ita ꝙ in ipso effectu videat causa inquantū similitudo cause refulsit in effectu: sicut homo videt in speculo propter suā similitudinē. Et differt hic modus a primo: nā in primo sunt due cognitiones effectus ꝛ cause: quarū vna est alterius cā. nam cognitio effectus est causa ꝙ cognoscat causa eius. In mō aūt ſo: vna est visio vtriusq̄: simul enim dū videt effectus videt ꝛ causa in ipso. Tertio modo ita ꝙ similitudo cause in effectu sit forma qua cognoscit causa⁹ suus effectus: sicut si archa haberet intellectū. ꝛ per formā suā cognosceret artē a qua talis forma velut eius similitudo processit. Nullo aūt istorū modorū per effectū pōt cognosci causa quid est nisi fit effectus cause adequat⁹ in quo tota virtus cause exprimatur. Substantie aūt separate cognoscūt deū per suas substātias: sicut causa cognoscitur per effectum nō aūt primo modo: qz sic eox cognitio eēt discursiua: sed ſo mō inquātū vna videt deū in alia: ꝛ mō tertio iquātū q̄libet eax videt deū in seipsa: nulla aūt eax est effect⁹ adequās virtutē dei. (vt in secundo lib. ostēsum est). non est igitur possibile quod per hunc modum cognitionis ipsam diuinam essentiam videant.

2 ¶ Amplius similitudo intelligibilis per quā intelligit aliquid fm suā substantiā oz ꝙ sit eiusdē spēi vel magis spēe eius: sicut forma domus q̄ est in mēte artificis ē eiusdē spēi cū forma domus q̄ est in mā: vel potius spēe eius. nō. n. p̄ spēm bois intelligit de asino vel equo qđ est. sed ipsa nā substātialis separate nō est idē spē cū nā diuina. qnimo nec genere. (vt in p̄ lib. ostēsū est). nō ē igit possibile ꝙ substātia separata intelligat diuinam substantiam per propriaꝫ naturaꝫ.

3 ¶ Itē oē creatū ad aliqđ genus vel spēs terminat: diuina aūt ēētia est infinita cōprehendēs in se oēm perfectionē totius ēē. (vt in p̄ lib. ostēsum est). impossibile est igit ꝙ per aliqđ creatū diuina substa videatur.

4 ¶ Preterea ois intelligibilis spēs p̄ quā intelligit qđditas vel ēētia alicuius rei cō

prehendit in representando rē ſilā. vñ t oēs nes figurāres quod qd eſt terminos t rationes t diffinitōes vocamus. Impoſſibile ē aūt q aliqua ſimilitudo creata totaliter de ea repſenter. cū quelibet ſimilitudo creata ſit alicuius generis determinati. nō aūt deus. (vt in primo oſtenſum eſt). non igit poſſibile q per aliquam ſimilitudinē creatam divina ſubſtantia intelligatur.

5 ¶ Amplius divina ſuba eſt ſuū ēe. (vt in primo oſtēſum eſt) ipſū aūt ēe ſube ſeparate eſt aliud q̄ ſua ſuba. (vt in ſcdo ꝓbatū eſt). ēntia igit ſube ſeparate nō eſt ſufficiens mediū quo deus p ēntiam ſuā videri poſſit: cognoſcit ꝫ ſuba ſeparata p ſuā ſubſtantiā de deo q eſt t q eſt oium cā t eminens oibus t remotus ab oibus nō ſolum q̄ ſunt. ſed etiā q̄ mēte creata cōcipi poſſūt: ad quā ēt cognitionē de deo nos vicūq; pingere poſſumus. p effectus n. de deo cognoſcimus q: eſt: t q cā alioꝝ eſt t alijs ſuperemināns t ab oibus remotus: t hoc ē vltimū t pfectiſſimū noſtre cognitōis in hac vita. (vt Dio. dicit in lib. de myſtica theologia cū deo quaſi ignoto cōungimur). q̄ gdē ꝓtigit dū de deo qd nō ſit cognoſcim? qd vero ſit penitus manet ignotū. ¶ Vnde t ad huius ſublimiſſime cognitōis ignorantiā demōſtrādā de moyſe dr Exo. 20. (q̄ acceſſit ad caliginē in qua erat deus): Quis vero nā inferior in ſui ſūmo nō niſi ad īmū ſapiorie nāe attingit oz q̄ hec cognitio ipſa ſit eminētior in ſubſtātijs ſeparatis q̄ in nobis. ¶ Nō p ſingula pz. Nā quāto ꝓpinquior t expreſſior alicuius cāe effectus cognoſcit tāto euidētior apparet ei cā eius q̄ ſit. Sube aūt ſeparate q̄ p ſeipſas deū cognoſcūt ſūt ꝓpinquiores effectus t expreſſius dei ſimilitudinē gerētes q̄ effectus p quos nos deū cognoſcimus. Certus er go ſciāt ſube ſepate t clari⁹ q̄ nos q̄ de⁹ ē.

6 ¶ Rurſus cū p negatōes ad ꝓpriaz cognitionē rei quoquomō ꝓueniat. (vt ſupra dictū eſt). quāto plura t magis q̄ ab aliquo remota ēe cognouerit tanto magis ad ꝓpriā cognitionē ipſius accedit. ſicut magis accedit ad ꝓpriā boīs cognitionē q̄ ſcit eū nō ēe: neq; inanimatum: neq; inſēſibile: q̄ q̄ ſcit ſolū eū nō ēe inaiatum. Iz neuter ſciat de boie qd ſit. ſube aūt ſeparate plura cognoſcūt q̄ nos: t q̄ ſunt deo magis ꝓpinqua. t p conſequēs ſuo intellectu plura t magis ꝓpriq̄ adeo remouent q̄ nos. magis igit accedunt ad ꝓpriā ipſius cognitionem quā nos: licet nec ipſe p hoc q̄ ſeipſas intelligunt: diuinam ēntiam videant.

7 ¶ Itē quāto aliqs alicuius altitudinē magis nouit: quāto altioribus ſcit eū ēē prelatū: ſicut t ſi ruſticus ſciat regē ſūmū ēē in regno: q: tamē nō cognoſcit niſi quoſdā regni infimos officiales cū quibus aliqd habz negocij: nō ita cognoſcit regis eminētiam ſicut aliqs q̄ oium principiū regni dignitatē nouit quibus ſcit regē ēē ꝓlatū quāuis neutr altitudinē regie dignitatis ꝓprehendit. nos aūt nō ſcimus niſi quedā infima entium. licet ergo ſciamus deū oibus entibus eminere. nō tñ ita cognoſcimus eminentiam diuinā ſicut ſubſtantie ſeparate quib⁹ altiſſimi rerū ordines noti ſunt: t eis oibus ſuperiorem deum eſſe cognoſcunt.

8 ¶ Vlterius manifeſtū eſt q̄ cauſalitas alicuius cauſe t virtus eius tanto magis cognoſcit quāto plures t maiores eius effectus innotescunt. ¶ Ex quo manifeſtū ſit quod ſubſtantie ſeparate cauſalitatem dei t eius virtutē magis cognoſcunt q̄ nos: licet nos oium entiū eū ēe cām ſciamus.

¶ Q̄ in nāli cognitōe quā hāt ſube ſepate de deo nō geſcit eox nāli⁹ deſideriū. ſo.

NO poteſt aūt ēe q̄ i tali dei cognitōe quieſcat nāle deſideriū ſube ſeparate. ¶ Omne n. qđ eſt ipfectū in aliq̄ ſpecie. deſiderat cōſeq̄ pfectionē illius ſpeciei: Qui n. hz opinionē de re aliq̄ q̄ ipfecta illius rei eſt noticia. et hoc ipſo incitat ad deſiderādū illius rei ſcientiā. Predicta aūt cognitio quā ſube ſeparate hāt de deo nō cognoſcētes ipſius ſubſtātiā plene eſt iperfecta cognitōis ſpēs. nō. n. arbitramur nos aliqd cognoſcere ſi ſubſtātiā ei⁹ nō cognoſcamus. vñ t ꝓcipuū in cognitōe alicuius rei eſt ſcire de ea qd eſt. Ex hac igit cognitōe quā habēt ſubſtantie ſeparate de deo nō quieſcit nāle deſiderium. ſed incitat magis ad diuinam ſubſtantiam videndam.

2 ¶ Itē ex cognitōe effectuū incitat deſideriū ad cognoſcēdū cāz. vñ t boies ꝓbari in

ceperũt cãs rex ingrẽtes.nõ gescit igit scie di desideriũ nãlr oĩb⁹ substãtijs intellectua libus inditũ.nisi cognins substãtijs effectu um ẽt si substãtiã cãe cognoscãt.p hoc igit qõ sube separate cognoscũt oium rex qua rũ subas videt eẽ deũ cãz.nõ gescit nãle de sideriũ in ipsis.nisi ẽt ipsi⁹ dei subaz videãt.

3 ¶ Adhuc sicut se hz q̃stio pp qd ad questionẽ.q; ita se hz q̃stio qd est ad q̃stionem an est.nã q̃stio ꝓpter qd q̃rit mediũ ad demonstrãdũ q; est aliqd. puta q; luna eclypsatur.t fit q̃stio q; est. q̃rit mediũ ad demonstrãdũ an est fm doctrinã traditã.(in scõo posterioꝝ). videmus aũt qõ videtes nãlr q; est aliqd scire desiderãt qd est ipsũ: qõ est intelligere eius subam.nõ igit quietatur nãle sciendi desideriũ in cognitione dei qua scit de ipso solum quia est.

4 ¶ Amplius nihil finitũ desiderjũ intellectus getare põt. qõ exinde ostẽdit qõ intellectus quolibet finito dato aliqd vltra molitur apprehẽdere.vñ qualibet linea finita data aliquã maiorẽ mollit apprehẽdere.t fit in numeris t hec est rõ infinite additionis in numeris t lineis mathematicis. Altitudo aũt t virtus est finita cuiuslibet substãcie create.nõ igit intellectus sube separate quescit p hoc qõ cognoscit subas creatas quãtũcũqz eminẽtes.sed adhuc naturali desiderio tẽdit ad intelligẽdum substantiam q̃ est altitudinis, infinite.(vt in primo libro ostẽsum est de substantia diuina.

5 ¶ Preterea sicut nãle desideriũ inest oibus intellectualibus naturis ad sciẽdũ.ita inest eis nãle desideriũ ignorãtiã seu nescientiã pellẽdi.sube aũt separate.(ficut iam dictũ est).cognoscũt ꝓdicto cognitõis mõ substãtiã dei eẽ supra se t supra oẽ id qõ ab eis intelligit.t p cõsequẽs sciũt diuina substantiã sibi eẽ ignotã.tẽdit igit nãle ipsorũz desideriũ ad intelligẽdã diuinã substãtiã.

6 ¶ Itẽ quãto aliquid est fini ꝓpinquius er maiori desiderio tẽdit ad finẽ. vñ videmus qõ motus nãlis corpoꝝ in fine intenditur.intellectus aũt substãtiarũ separatarũ ꝓpinquiores sũt diuine cognitõi q̃z noster intellectus.intẽsius igit desiderãt dei cognitionẽ q̃z nos. nos aũt quantuncũqz sciamus deũ eẽ t alia q̃ supradicta sunt.nõ quiescimus desiderio.sed adhuc desideramus deũ p ẽntiã suam cognoscere.multo igit magis substãtie separate hoc nãlr desiderãt.nõ igit in cognitõe dei ꝓdicta eorum desideriũ quietat. ¶ Et hinc cõcludit qõ vltima felicitas sube separate nõ est in illa cognitõe dei q̃ deũ cognoscũt p suas substãtias.cũ adhuc eoꝝ desideriũ docat eos viqz ad dei subam. ¶ In quo ẽt satis apparet qõ in nullo alio q̃rẽda est vltima felicitas q̃z in opatõe intellectus.cũ nullũ desideriũ tã in sublime ferat sicut desiderium intelligẽde virtutis oia nãqz desideria mala vel delectatõis vel cuiuscũqz alteri⁹ quod ab hoie desiderat in alio reb⁹ gescere põt. desideriũ aũt ꝓdictũ nõ gescit nisi ad summũ rex carũnẽ t factorẽ puenerit .pp qõ cõueniẽter sapiẽtia dicit.(Eccõ.24. Ego in altis habito.t thronus meus in columna nubis.). Et Auc.s. scripta.
puer.io.dr.(qõ sapiẽtia p ancillas suas vocat ad arcẽ). Erubescãt igit q̃ felicitatem hois tã altissime sitã in infimis reb⁹ querũt.

¶ Quo deus per essentiam videat. 51.

Tam autẽ ipossibile sit nãle desideriũ eẽ inane.quod qdẽ eẽt si nõ eẽt possibile puenire ad diuinã substãtiã itelligẽdã qõ nãlr oĩs mẽtes desiderãt.necesse est dicere q; possibile est substãtiã dei videri p itellectũ t a substãtijs itellectualib⁹ separatis t ab⁹ nostris. ¶ Modus aũt huius visiõis satis iã ex dictis q̃lis eẽ debeat apparet.(oñsũ.n.est supra).q; diuina sua nõ põt videri p itellectũ in aliq̃ spẽ creata. vñ oz si deus ẽntia videat q; p ipsamet ẽntiã diuinã itellect⁹ ipsam videat. vt sic in tali visiõe diuina ẽntia sit t qõ videt t quo videt.cũ aũt itellect⁹ substãtiã aliquã itelligere nõ possit nisi fiat actu fm aliquã spẽz formãte ipsũ q̃ fit finitudo rei itellecte:impossibile põt videri alicui q; p ẽntiã diuinã intellect⁹ creat⁹ possit videre ipsã diuinã substãtiã q̃si p q̃dã spẽz itelligibilẽ. cũ diuina ẽntia sit qõdã p seipsũ subsistẽs.(t in prio ostẽsum sit).q; deus nullius põt eẽ forma. ¶ Ad hmõi igit itelligẽtiã virtutis ꝓsideradũ ẽ q; suba q̃ ẽ p seipsã subsistẽs est vt forma tm vt ꝓpositũ est mã t forma. illud igit q; ẽ est mã t forma ꝓpositũ nõ põt alteri eẽ forma.qz forma in eo iã ẽ ꝓtracta ad illaz

mãz vt alteri⁹ rei forma eẽ nõ possit. illõ ãt q̃ sic ẽ subsistẽs. vt solũ tñ sit forma. põt alteri eẽ forma dũmõ eẽ suũ sit tle q̃ ab aliq̃ alio pticipari possit. (sic m. 2. oñdim⁹ õ aia bũana). si Xo eẽ suũ ab altero participari nõ possit nullus rei forma eẽ posset. sic. n. p suũ eẽ determinaret in seipso sic q̃ sũt multa p mãz. hoc aũt sic in eẽ subali vt nãli inuenit sic ⁊ in eẽ itelligibili ꝓsideradũ est. cũ enim itellect⁹ pfectio sit vez illud itelligibile erit vt forma tñ in gñe itelligibiliũ qõ ẽ veritas ipsa qõ ꝓuenit soli deo. nã cũ verũ sequat ad eẽ. illud tñ sua veritas est qõ est suũ eẽ. qõ est ꝓpriũ soli deo. (vt in. 2. ostẽ sum est). alia igit itelligibilia subsistẽtia nõ solũ vt pura forma in gñe itelligibiliũ sz vt formã in subiecto aliquo bãtes. est. n. vnũqõq; eoꝝ vez nõ veritas sic ⁊ ẽ ens. nõ ãt ⁊ ipsũ eẽ manifestũ est igit q̃ eẽntia diuina põt ꝓparari ad itellectũ creatũ vt spẽs itelligibilis q̃ itelligit. q̃ nõ ꝓtingit de eẽntia alicuius alterius subẽ sepate. nec tñ põt eẽ forma alteri⁹ rei ſm eẽ nãle. sequer. n. q̃ simul cũ aliq̃ vnita ꝓstitueret vnã nãz qõ eẽ nõ põt. cũ eẽntia diuina in se pfecta sit i suã nã spẽs aũt itelligibilis vnita itellectui nõ ꝓstituit aliquã nãz. sz pũcit ipsũ ad intelligẽdũ. qõ pfectõi diuie eẽntie nõ repugnat.

¶ Hec igit visio imediate dei repromittit nobis in scriptura. 1. Ioh. 13. (videm⁹ nũc p speculũ in enigmate, tũc ãt facie ad faciẽ). q̃ corpali mõ nephas ẽ itelligere vt in ipsa diuinitate corpalẽ faciẽ imaginemur. (cuz oñsũ sit). deũ icorporeũ eẽ. neq; ẽt fit possibile vt nra corpali facie deũ videam⁹: cũ visus corpal q̃ in facie nra residet nõ nisi rez corpaliũ eẽ possit. sic igit facie deum videbimus: eqz immediate eũ videbim⁹ sic homez quẽ facie ad faciẽ videm⁹. ¶ Scoz ãt hãc visionẽ marie deo assimilamur ⁊ ei⁹ beatitudinis principes sum⁹. nã ipse de⁹ p suã eẽntiaz suã subaz itelligit. ⁊ õ ẽ felicitas. Vñ dr. 1. Joã. 3. (cũ ãt apparuerit. similes ei erim⁹. ⁊. vi. cũ si. ẽ). ⁊ Luce. 22. dño dr. (Ego dispono vobis sic disposuit mihi pr meus regnũ vt edatis ⁊ bibatis sup mẽsam meã in regno meo). q̃ qdẽ õ corpali cibo vl potu nõ põt itelligi. sz õ eo q̃ i mẽsa sapiẽtie sumit de q̃ a sapiẽtia dr ꝓuer. 9. (comedite pães meos ⁊ bibite vinũ qõ miscui vobis). sup mẽsam ergo dei manducant ⁊ bibunt qui eadem felicitatẽ fruuntur qua deus felix est. videntes eum illo mõ quo ipse videt seipz.

¶ Q̃ nulla creata suba põt sua nãli Xtute puenire ad videndũ deũ p essentiam. 52.

Q Vii est ãt pole q̃ ad istũ visiõis diuie modũ aliq̃ creata suba ex Xtute pp̃a possit attigẽ. qõ. n. ẽ supi⁹ nãe pp̃uz. nõ põt ꝓseq nã iferior: nisi p actionẽ supioris nãe cui⁹ ẽ. pp̃uz: sic aq̃ nõ põt eẽ calꝝ nisi p actionẽ ignis. videt aũt deũ p ipsã diuinã eẽntiã ẽ pp̃uz nãe diuine: opari aũt sz pp̃uz formã est pprium cuiuslibet opantis: nulla igit intellectualis substantia potest videre deum per ipsã diuinã essentiam nisi deo hoc faciente.

2 ¶ Amp. forma alicui⁹ x p̃a nõ fit alteri⁹ nisi eo agẽte. agẽs. n. facit sibi sile iquãtũ formã suã alteri cõicat. videre aũt subaz dei impossibile ẽ nisi ipsa diuina eẽntia fit forma intellectus quo. intelligit. (vt pbatũ est). impossibile est igit q̃ aliq̃ substãtia creata ad illã visionẽ puenire nisi p actionẽ diuinaz.

3 ¶ Adhuc si aq̃ duo dicebãt adinicẽ copulari q̃rũ vnũ fit formale ⁊ aliud nãle: oz q̃ copulatio eoꝝ copulet p actionẽ q̃ ẽ ex pte eius qõ ẽ formale. nõ ãt p actionẽ ei⁹ qõ ẽ nãle. forma. n. ẽ p̃n⁹ agẽdi. mã Xo p̃n⁹ patiẽdi: ad hoc aũt q̃ itellect⁹ creat⁹ videat dei subaz. oz q̃ ipsa diuina eẽntia copulet itellectui vt forma itelligibil. (sic pbatum est). nõ est igit possibile ad hanc per visionem peruenire ab aliquo intellectu creato nisi per actionem diuinam.

4 ¶ Itẽ q̃ ẽ p se cã ẽ eius q̃ ẽ p aliũ. itellectus ãt diuin⁹ p seipsã diuinã eẽntiã videt: nã itellect⁹ diuin⁹ ẽ ipsa eẽntia diuina q̃ dei suba videt. (vt in p⁹ pbatũ ẽ). itellect⁹ aũt creatus videt diuinã substãtiã p eẽntiã dei q̃si p aliud a se. hoc igit visio nõ põt aduenire intellectui creato nisi p actionem dei.

5 ¶ Preterea qcqd excedit limites alicuius nãe nõ põt sibi aduenire nisi p actionẽ alterius sicut aq̃ nõ tẽdit sursũ nisi ab aliq̃ alio mota: videt aũt dei suba trãscẽdit limites oiꝝ nãe create. nã cuilibet nãe itellectuali create pp̃uz est vt intelligat ſm modũ sue subẽ: suba aũt diuina nõ põt sic itelligi. (vt supra oñsũ est). impossibile est igit puenire

ab aliquo intellectu creato ad visionē diuine subē nisi p actionē dei q ōem creaturaz trāscēdit. ¶ Hinc est qō Ro.6.dī. (gratia dei vita eterna). in ipsa.n. diuine visiōe oñdimus eē boīs beatitudinē q̄ vita eterna dicit: ad quā sola dei gra ducimur t dicimur puenire: qz tal visio oēz creature facultatē excedit: nec est possibile ad eā puenire nisi diuino munere: q̄ aūt sic aduenīāt creature: dei gratie deputātur. ¶ Et Job. 14. dīe dic. (Ego manifestabo ei meipz). ¶ Oz intellectus creatus indiget aliqua influentia diuini luminis ad hoc q̄ deum p essentiam videat. 53.

Luc.8. scripcu.

¶ Oportet aūt q̄ ad tā nobilē visionē intellectus creat⁹ p aliquā diuine bonitatis influctiā eleuetur. ¶ Impossibile.n. est q̄ id qō est forma alicuius rei ꝓpria fiat alterius rei forma nisi res illa ꝑcipet aliquaz similitudinē illius cuius est forma ꝓpria: sicut lux nō fit actus alicuius corporis nisi aliqd participet de dyaphano. Essentia aūt eē diuina est ꝓpria forma intelligibilis intellectus diuini t ei proportiōata. Naz hec tria in deo sunt vnū. Intellectus quo itelligitur. t qō intelligit. Impossibile est igit q̄ ipsa eētia dei fiat intelligibilis forma alicuius intellectus creati nisi p hoc q̄ aliquā diuinā similitudinē intellectus creatus participet. hoc igit diuine similitudinis participatio necia est ad hoc q̄ dei subā videatur. 1 ¶ Adhuc nihil est susceptiuū forme sublimioris nisi p aliquā dispositionē ad illius capacitatē eleuet. ꝓprius.n. actus in ꝓpria potētia fit. eētia aūt diuina est forma altioz omni intellectu creato. Ad hoc igitur q̄ eētia diuina fiat intelligibilis spēs alicui⁹ intellectus creati qō regrit ad hoc q̄ diuina subā videat. necesse est q̄ intellect⁹ creat⁹ aliqua dispōne sublimioi ad hoc eleuetur. 3 ¶ Amplius si aliq̄ duo prius fuerūt non vnita t postmodū vniant. oz q̄ b⁹ fiat per mutationē vtriusq̄ vel alterius trm. Si aūt ponat q̄ intellectus aliqs creatus de nouo incipiat dei substātiā videre. oz sm̄ premissa q̄ diuina eētia copulet ei ō nouo vt itelligibil spēs. ipossibile ē aūt q̄ diuina eētia moueat. (hic supra oñsū ē). oz igit q̄ talis vnio icipiat eē p mutationē itellect⁹ creati. q̄ qdē mutatio aliter eē nō pōt nisi p b⁹ q̄ itellect⁹ creat⁹ aliquā dispōnē de nouo acqrat. Idē aūt segt si dē q̄ a prim⁹ sue creatiōis tali visiōe aliqs intellectus creatus potiat. nā si talis visio facultatē nāe create excedit. (vt ꝓbatū est). pōt itelligi quio intellectus creatus in spē sue nāe consistere absq̄ hoc q̄ dei substātiā videat. vñ sine a principio sine postmodū deū videre incipiat. oz eius nature aliquid superaddi.

2 ¶ Amplius virtus faciendi nō acquirit p disciplinam.sed solum cognitio aliquid faciendi. ¶Per disciplinā aūt aliqui acquirunt q̄ hmōi operationes magicas efficiat.nō est igit in eis ad hmōi effectus producendos
q.° virtus aliqua:sed cognitio sola. ¶ Si quis aūt dicat q̄ hmōi boies ſsua natiuitate et virtute stellarum sortiuntur pre ceteris virtutem predictam.ita q̄ quātūcūq; alij instruant qui hoc ex natiuitate nō habēt efficaces in hmōi operibus eē nō pñt. ¶ Sed primo quidem dicendum est q̄ corpora celestia super intellectuz imprimere nō possūt. (vt supra ostensum est).nō igitur ex virtute stellarum sortiri pōt intellectus alicuius banc virtutem q̄ repsentatio siue conceptio nis per vocem fit alicuius effectiua. ¶ Si aūt dicatur q̄ etiam imaginatio aliquid in prolatione vocum significatiuarum operat super quam possunt corpora celestia imprimere cum huius operatio fit per organum corporale. ¶ Hoc nō pōt esse quantum ad
ca.° 84. bui° lib. alia q.° iproba.° iproba.° oēs effectus qui per huius artes fiunt. (oī sum est enim). q̄ nō possunt oēs effectus virtute stellaꝝ produci:ergo neq; ex virtute stellarum aliquis sortiri potest hanc virtutem vt eosdem effectus producat. Relinq̄t igitur q̄ huius effectus compleantur p aliquem intellectum ad quem sermo proferētis huius voces dirigit. ¶ Huius autez signum est.nam huius significatiue voces q̄ bus magi vtuntur inuocationes sunt: supplicationes adiurationes.aut etiam imperia quasi ad alterum colloquentis.
3 ¶ Item in obseruationibus huius artis vtuntur quibusdam caracteribus t figuris determinatis. Figura autem nullius actionis principium est neq; passiōis:alias mathematica corpora essent actiua t passiua.nō ergo potest p figuras determinatas disponi mā ad aliquem nālem effectum suscipiēdum.nō ergo vtunt magi figuris aliquib⁹ quasi dispōnibus. Relinquitur ergo quod vtuntur eis solum quasi signis.nō enim est aliquid determinatum dare. signis aūt nō vtimur nisi ad alios intelligentes.bñt ergo magice artes efficatiam ab illo intelligente ad quem sermo magi dirigitur. ¶ Sed
q.° aūt dicat q̄ figure aliq̄ appropriantur alicuibus celestium corporum. t ita corpora inferiora determinantur per aliquas figuras ad aliquorum celestium corporum impressiones suscipiendas. ¶ Dicēdum nō rationabiliter dicit.non enim ordinatur aliquod patiens ad suscipiendas impressiones agentis nisi per hoc q̄ est in potentia. illa ergo tantum determinant ipsum ad specialē impressionem suscipiendam per que in potentia fit quodāmodo. ¶ Per figuras aūt nō disponitur mā vt fit in potentia ad aliquā formam:q̄ figura abstrahit ſm suam rōnem ab omni mā t forma sensibili cuz sit q̄dā mathematicū. Nō ergo per figuraſ t caracteres determinat aliq̄d corpus ad suscipiendā aliquā influentiam celestis corporis. iproba.°
4 ¶ Preterea figure aliq̄ appropriātur corporibus celestibus vt effectus ipsarū.nā figure inferiorum causantur a corpor⁹ celestibus.predicte aūt artes nō vtuntur caracteribus aut figuris quasi effectus celestiū corpor:sed sunt effectus hois operantis p artē:appropriatio igit figuraꝝ ad aliq̄ celestia corpora nihil ad propositum facere videt.
5 ¶ Itē per figuras nō disponit aliqua mālis ad formā.(vt ostensum est). corpora igitur in quibus sunt impresse huius figure sunt eiusdem habilitatis ad recipiendā influentiam celestem cum aliis corporib⁹ eiusdem speciei. ¶ Oēs aūt aliquid agat in vnā eorum que sunt equaliter disposita propter aliquid sibi appropriatū ibi inuētū t nō in aliud:nō est operantis p necessitatē nāe:sed p electionē.pz ergo q̄ hui⁹ artes figuris vtētes ad effectus aliquos producendos nō habent efficatiam ab aliquo agente p nāz.sed ab aliqua intellectuali substantia per intellectum agentem. ¶ Hoc etiam demonstrat t ipsum nomen quod talibus figuris imponunt caracteres eos dicentes:caracter.n. signuz est in quo datur intelligi q̄ figuris huius non vtuntur nisi vt signis exhibitis alicui intellectuali nature. ¶ Quia vero figure in artificialibus sunt quasi forme specifice:pōt aliq̄s dicere q̄ nihil prohibet qn cōstitutionē figure ā dat spēz imagini cōseqūtur aliq̄ virt⁹ ex influētia celesti nō ꝓz q̄ figura est.sz ꝓz q̄ cāt spēz artificiati q̄ adipiscitur virtutē ex stellis. Sz de iris q̄b⁹ inscribitur aliq̄d in imagine vt alijs caracteribus

nibil aliud potest dici q̄z qđ signa sunt. vi nō habent ordinem nisi ad aliquem intellectum. ¶ Q̄ etiaz ostenditur per sacrificia prostrationes ⁊ alia hmōi quibus vtuntur: que non possunt esse nisi signa reuerentie exhibite alicui intellectuali nature.

¶ Q̄ suba intellectualis q̄ pstat efficaciaz magicis operibus non est bona. io6.

Cono. proba.

STautem vlteriꝰ inquirendum que sit hec intellectualis nā cuius virtute tales operationes fiunt. ¶ Et primo qui dē appet q; nō sit bōa ⁊ laudabilis. ¶ Prestare.n.patrocintū aliquibus que sunt contraria virtuti nō est alicuius intellectus bene dispositi.hoc aūt fit ⁊ huius artibus.fiunt.n.plerūqz adulteria furta: homicidia:⁊ alia hmōi maleficia procurant.vnde vtentes his artibus malefici vocant: nō est ergo bene dispositus sm virtutē intellectualis nāe: cuius auxilio huius artes inituntur.

2 ¶ Itē nō est intellectꝰ bñ dispositi fz virtutē familiarē eē ⁊ patrocinū exhibere sceleratis ⁊ nō gbuslibet optimis viris.huius aūt artibꝰ vtunt plerūqz boies sceleratinō ē igit intellectual nā.cuiꝰ auxilio be artes efficatiā habent:bene dispositus secūdū virtutē.

3 ¶ Adhuc intellectus bene dispositi est reducere homines in ea q̄ sunt hominū ꝓpa bona.q̄ qdē sunt bona rōnis. adducere igit ab istis ptrahendo ad aliqua minima bōa est intellectꝰ idecēter dispositi.p huius autē artes nō adipiscunt homines aliquē profectū in bonis rōnis q̄ sunt scientie ⁊ virtutes.sed in quibusdā minimis.sicut in inuentione furtoꝝ.⁊ in depbēsiōe latronū.⁊ hiis filibus.nō igit subē intellectiue q̄z auxilio be artes vtunt sūt bñ dispositi sm virtutē.

4 ¶ Amplius in opationibus ꝓdictaꝝ artiū illusio qdā videt ⁊ irrōnabilitas.regrūt enim huius artes hominē re venerea non attrectatū.cū rñ plerūqz adhibeant ad illicitos cōcubitus cōfiliandos.in opatiōe aūt intellectus bñ dispositi nihil irrōnale ⁊ sibi diuersū appet:nō igit huius artes vtuntur patrocinio intellectus bñ dispositi fz virtutē.

5 ¶ Preterea nō est bene dispositus fz intellectū qui per aliqua scelera commissa ꝓuocatur ad auxiliū alicui ferendū.hoc autē fit in istis artibꝰ.nā alīq in executiōe hmōi legunt innocētes pueros occidisse: nō igit sūt boni intellectus quoꝝ auxilio ista fiunt.

6 ¶ Item bonum proprium intellectus est veritas.cum igitur boni sit bonum adducere:cuiuslibet intellectus bene dispositi esse videtur alios perducere ad veritatem. In operibus autem magicis plerūqz fiunt quibus ludificentur homines.⁊ decipiātur. intellectus igitur cuius auxilio vtuntur nō est bene dispositus sm motum.

7 ¶ Adhuc intellectus bene dispositus veritate alicitur in qua delectatur. non autez mendaciis.magi autem in suis invocationibus vtuntur quibusdam mendaciis quibus alliciant eos quorum auxilio vtuntur. comminantur enim quedam impossibilia. sicut ꝙ nisi ille qui invocatur opem ferat invocans celum commouet aut sydera deponet. (vt narrat Porphirius in epistola in Anebriotem) .ille igitur intellectuales substantie quibus adiuuantibus operationes magorum perficiuntur non videntur esse bene dispositi sm intellectum.

8 ¶ Amplius non videtur esse habentis intellectum bene dispositum vt si fit superior imperanti sibi subdatur:sicut inferior:aut si fit inferior vt sibi ab eo quasi superiori supplicari patiatur. magi autem invocant eas quorum auxilio vtuntur suppliciter q̄si superiores.cum autem aduenerint imperant eis quasi inferioribus.nullo igitur modo vident eē bene dispositi sm intellectuz.

Ercla. erro.

¶ Per hoc aūt excluditur error gentiliuz qui huiusmodi operōes diis attribuebāt.

¶ Q̄ suba intellectualis cuius auxilio magice artes vtūt nō ē mala fz suā nāz. io7.

NOn est autem possibile ꝙ sit naturalis malicia in substantiis intellectualibus quarum auxilio magice artes operantur.

¶ In illud enim in quod aliquid tendit fz suam naturam non tendit per accidens.fz per se.sicut graue deorsum.sed si huius substantie intellectuales sm suam naturā eēnt male naturaliter in malum tenderent. non igitur per accidens: sed per se tenderent ad malum.hoc autem est impossibile.(ostensum est enim supra).ꝙ omnia per se tēdūt bui⁹ lib. cap⁹ 16⁹

ad bonum ꝛ nihil tendit ad malum nisi per accidens. Non igitur huius intellectuales substantie sunt secōm suam naturā male.

2 ¶ Adhuc quicquid est in rebus oportet q̄ causa vel causatum sit alioquin ad alia ordinem non haberent. aut igitur huius substantie sunt cause tantum aut etiam causata. ¶ Si autem cause. malum autem non potest esse causa alicuius nisi per accidens. ca° 14° huī lib. (vt supra ostensum est). omne autem qđ est per accidens oportet reduci ad id qđ est per se: oportet igitur q̄ in eis sit aliud p̄mū q̄s eorum malicia per quod sint cause. p̄imum autem in vnoquoq; est eius nā ꝛ ēntia. nō igr̄ fm suā nā sunt male huius sube.

3 ¶ Idem etiam sequitur si sint causata. nā nullum agens agit nisi intendens ad bonū. malum ergo non potest esse effectus alicuius cause nisi per accidens. quod autez causatur per accidens tantum non potest eē secundum naturam: cum omnis natura determinatum modum habeat quo procedit in esse: non igitur possibile quod huius substantie sint male fm suam naturam.

4 ¶ Amplius vnūquodq; ens habet proprium esse secōm modum sue nature. eē autem inquantum huius est bonum. cuius signum est q̄ omnia esse appetunt. si igitur huius substantie secundum suam naturam essent male nullum esse haberent.

5 ¶ Item. (ostensum est supra). q̄ nihil potest esse quin a primo ente eē habeat. ꝛ qđ primum ens est sūmum bonum. cum autē omne agens inquantū huius agat sibi sile: oportet q̄ ea que a primo ente sunt bona sint. predicte igitur substantie fm q̄ sunt ꝛ naturam aliquā bñt non p̄nt esse male.

6 ¶ Amplius ipossibile est aliqd eē q̄ sit vlter primatū participatione boni. cū enim idem sit appetibile ꝛ bonū si aliqd eēt oino ens pers boni nihil haberet in se appetibile. vnicuiq; aūt est appetibile suū esse: oportet igr̄ q̄ si aliqd fm suam naturam dicat malū qđ hoc nō sit q̄si simpliciter malū. sed q̄ est malū huic vī quantū ad hoc: sicut venenum nō est simplr malū. sed huic cui est nociuū. vī qđ est alii venenū est alteri cibus. hoc aūt cōtingit ex eo qđ bonū particulare qđ est proprium. huius cōtrariū est bono particulari qđ est proprium alterius. sicut calor q̄ est proprium ignis est cōtrarius frigori qđ est bonū aq̄ ꝛ destruit ipsum. sīlr igr̄ qđ fz suā naturā ordinat in bonū nō particulare sed simplr. impossibile est q̄ neq; fm hunc modū possit nāliter dici malū. tale aūt est omnis intellectus. nā eius bonū est in propria operatōe q̄ est vnum ꝛ cox q̄ sūt simplr. non est igitur possibile q̄ aliqs intellectus secūdū suam naturam sit malus non solū simpliciter: sed nec etiaz secūdū quid.

7 ¶ Jtē in vnoquoq; bñte intellectū naturali ordine intellectus mouet appetitū. proprium. n. obiectū volūtatis est bonū intellectū. bonū aūt volūtatis est in eo qđ sequit intellectū: sicut in nobis bonū est: qđ est fm rōnez. Qđ aūt est p̄ter hoc malū est: naturali igr̄ ordine suba intellectualis vult bonū: impossibile est igr̄ q̄ alle sube intellectuales q̄s aurilio magice artis vtunt sint nātr male.

8 ¶ Preterea cū volūtas tēdat in bonū intellectū nātr sic in p̄prium obiectū ꝛ finē. impossibile est q̄ aliq̄ intellectualis suba malaz secūdū nāz bēat volūtatē nisi nātr intellect⁹ erret circa iudiciū boni. null⁹ aūt intellect⁹ talis p̄t eē. falsa. n. iudicia in operatōib⁹ intellectus sūt sic mōstra in reb⁹ nālib⁹ q̄ nō sūt fz suā naturā. fz p̄ter nāz. nā bonū intellect⁹ ꝛ eius finis nālis est cognicio veritatis. impossibile est igr̄ q̄ aliqs intellect⁹ sit q̄ nātr in iudicio vī decipiat. neq; igr̄ pōt eē q̄ stet aliq̄ suba intellectualis bñs nātr malā volūtatē.

9 ¶ Adhuc nulla po⁹ cognoscitiua deficit a cognitōe sui obiecti nisi pp aliquē defectū aut corruptionē suā cū fz p̄paz rōnē ad cognitionē tal obiecti ordinet. sic visus nō deficit a cognitōe coloris nisi aliq̄ corruptiōe circa ipsū existēte. ois aūt defectus ꝛ corruptio est p̄ter nāz q: nā intēdit eē ꝛ pfectionē rei. impossibile ē igr̄ q̄ sit aliq̄ vī⁹ cognoscitiua q̄ nātr deficiat a recto iudicio sui obiecti. p̄paz aūt obiectū intellect⁹ est ver. impossibile ē igr̄ q̄ sit aliqs intellect⁹ nātr circa cognitionē veri oberrāo. neq; igr̄ volūtas alicuius q̄ nātr pōt a bono deficere. ¶ Hoc ēt ex auctoritate sacre scripture p̄firmat. dr̄ n. i. Ti mo. 4. (ois creatura dei bōa). vī Beñ. i. (vidit de⁹ cūcta q̄ fe. ꝛ e. valde bo.) ¶ Per hoc autem excluditur error manicheorum ponentium huius substācias intellectuales quas demōes p̄sueto noie dicimus vt dia Auc. e. scriptu. Exclu° erro.

error accidere in cognitione huius subax. vñ nec in volũtate eax peccatũ accidẽ põt. 5 ¶ Preterea cũ nullus rei appetitus tendat nisi in propriũ bonũ. impossibile videt id cuius est singulariter vnũ solũ bonũ q̃ in suo appetitu erret: t propter hoc t si peccatum accidat in rebus nãlibus pp defectum contingentẽ in executione appetitus. nunq̃ tñ peccatũ accidit in appetitu nãli. semp. n. lapis tendit deorsuz siue perueniat siue impediatur. In nobis aũt peccatũ accidit in appetendo. q: cũ sit nã nra cõposita ex spirituali t corporali sunt in nobis plura bona. aliud enim est bonũ nostrũ fm intellectum t aliud fm sensum. vel etiã fm corpus. horum aũt diuersox que sunt hois bona ordo quidã est fm q̃ id qõ est minus principale t ad principalius referendũ est. vñ peccatũ voluntatis in nobis accidit cũ tali ordine nõ seruato appetimus id qõ est nobis bonũ fz quid cõtra id qõ est nobis bonũ simpliciter. talis aũt cõpositio t diuersitas bonorũ nõ est in substantiis separatis. quinimo omne eorum bonum est secundum intellectum. Non est igitur in eis possibile q̃ sit peccatum voluntatis vt videtur.

6 ¶ Adhuc in nobis peccatũ volũtatis accidit ex superabũdantia: vel defectu in quorum medio virtus consistit. vnde in his in quibus nõ est accipere superabundantiam t defectum: sed solũ mediũ nõ contingit voluntatẽ peccare. Nullus enim peccare põt in appetendo iusticiã. nã ipsa iusticia medium quoddã est. Substãtie aũtẽ intellectuales separate nõ põnt appetere nisi bona intellectualia: ridiculũ est. n. dicere q̃ bõa corporalia appetant qui fm suã nãm incorporei: aut bõa sensibilia quibus nõ est sensus. in bonis aũt intellectualibus nõ est accipere superabundantiã. nã fm se media sunt superabundantie t defectus. sicut verũ mediũ inter duos errores quox vnũ est secundum plus alter secundũ minus. vnde t sensibilia t corporalia bõa in medio sunt sicut secundũ rõnem sunt. nõ vi igit q̃ sube itellectuales separate fz volũtatẽ peccare possint.

7 ¶ Amplius magis a defectibus remota videt substãtia incorporea q̃ corporalis. in substantiis aũt corporeis que sunt a contrarietate remote nullus defect9 accidere põt scilicet in corporibus celestibus. multo igit minus in substantiis separatis t a contrarietate remotis t a materia t a motu et q̃bus videtur defectus aliquis posse contingere: aliquod peccatum contingere potest. ¶ Q̃ in demonibus possit esse peccatum t qualiter. 109.

Quod autem in demonibus sit peccatũ voluntatis. manifestũ est ex auctoritate sacre scripture. Dr enim. 1. Joan. 3. (q̃ diabolus ab initio peccat). t Jo. 8. de diabolo dr (q̃ est mẽdax t pater est mendacii. t q̃ homicida erat ab initio). t Sap. 2. dicit. (q̃ inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrax). si qs aũt sequi vellet plonicox põnes facilis eẽt via põ plo ad soluẽdũ predicta. ¶ Dicũt enim demonicox nes eẽ aialia corpore aereo: t sic cum habeant sibi corpora vnita põt in eis eẽ ẽt para sensitiua. vnde t passiones que nobis sunt cã peccati eis attribuunt. scilicet irã t ediũ t alia hmõi propter qõ dicit Apuleius. (q̃ Apulei sunt animo passiua). propter hoc etiam qõ vniti corporibus prohibentur. scõm põnes platonis forte posset in eis aliud genus cognitionis poni q̃s intellectus. nã scõm platonem etiã anima sensitiua incorruptibilis ẽ vnde oz q̃ habeat operationẽ cui nõ cõiceat corpus t sic nihil prohibet operationẽ sensitiue aie inueniri in subã aliq̃ intellectuali q̃uis corpori nõ vnite. t p cõsequẽs passiones. t sic manet in eis eadẽ radix peccandi q̃ est in nobis. ¶ Sed virũq̃ premissorum improba est impossibile. ¶ Q̃. n. nõ sint aliq̃ alie substantie intellectuales vnite corporibus p̃ter animas humanas. (ostensum est supra). q̃ aũt operatões sensitiue aie nõ possunt eẽ sine corpore hinc apparet q̃ corrupto aliquo organo sentiendi corrũpit operatio vna sensus: sicut corrupto oculo visio deficit. pp̃ter quod corrupto organo tactus sine quo non põt eẽ animal. oportet qõ aial moriatur.

¶ Ad euidentiã aũt premisse dubitationis cõsiderãdũ est qõ sic est ordo in causis agẽtibus. ita ẽt in causis finalibus: vt scilicet secundarius finis a principali depẽdeat sicut secũdariũ agẽs a principali dependet. accidit aũt peccatũ in causis agẽtib9 qñ secũda

Decla ratio dubitationis

rium agens erit ab ordine principalis agentis: sicut cū tibia deficit propter suā curuitatē ab executione motus quē virtus appetitiua imperabat. sequit̄ claudicatio. sic igit̄ & in causis finalibus cū finis secundarius nō continetur sub ordine principalis finis est peccatū voluntatis cuius obiectū est bonū & finis. Quelibet aūt voluntas naturaliter vult illud qđ est propriū volentis bonū: scilicet ipsū eē pfectū. & nō potest contrariū huius velle in illo igit̄ volente nullū pōt peccatum voluntatis accidere cuius bonū est vltimus finis. qđ nō continet sub alterius finis ordine: sed sub eius ordine oēs alii fines continentur. hmōi aūt volens est de⁹ cuius esse est summa bonitas que est vltimus finis. in deo igit̄ peccatū voluntatis eē nō potest. in quocūq; aūt alio volente cuius proprium bonū necesse est sub ordine alterius boni contineri pōt peccatū accidere voluntatis si in sua natura consideret. licet enim naturalis inclinatio voluntatis insit vnicuiq; volenti ad volendū & amandū suipsius pfectionē. ita qđ contrariū huius velle non possit: nō tn̄ sic est ei inditum naturaliter. vt ita ordinet suā pfectionē in aliū finē qđ ab eo deficere nō possit. cū finis superior nō sit sue nature proprius. sed superioris nature. Relinquit igit̄ suo arbitrio qđ propriam pfectionē in superiorē ordinet finē. in hoc. n. differunt voluntatē habentia ab his q̄ voluntate carent q̄ habentia voluntatē ordinant se & sua in finē. vnde & liberi arbitrii esse dicuntur. que aūt voluntate carēt nō ordināt se in finē: sed ordinant̄ a superiori agente q̄si ab alio acta in finē: nō aūt a seipsis. potuit igitur in voluntate substantie separate esse peccatū et hoc q̄ propriū bonū & perfectionē in vltimū finē nō ordinauit: sz inhesit proprio bono vt fini. Et quia et fine necesse est vt regule actionis sumant̄. necesse est vt et seipsa in quo finē constituit alia regulariter disponeret. & vt eius voluntas ab alio superiori nō regularet̄. hoc aūt soli deo debetur. Et secundum hoc intelligendum est qđ appetit dei equalitatē nō quidē vt bonū suū eēt diuino bono equale: hoc enim in intellectu cadere nō poterat. & hoc appetendo appeteret se nō eē. cū distinctio specierū secūdū diuersos gradus rerū prouenit. (vt ex supradictis apparet). velle aūt alios regulare & voluntatē suā a superiori nō regulari. est velle preesse & quodāmodo nō subici qđ est peccatū superbie. vnde conuenienter dr̄ qđ primū peccatū demonis fuit superbia. Sed quia ex vno errore circa principium virtus & multiplex error cō sequitur. ideo ex prima ordinatione voluntatis que fuit in demone contectū est multiplex peccatū in voluntate ipsius & odium ipsius ad deum vt resistentem sue superbie & puniente iustissime suam culpam & inuidiam ad hominem & multa alia huiusmodi. Considerandum est etiam qđ cum proprium alicuius bonum habet ordinem ad plura superiora. liberum est volenti vt ab ordine alicuius superiorum recedat & alterius ordinem non derelinquat siue sit superioris. siue sit inferioris sicut miles qui ordinatur sub rege & sub duce exercitus pōt voluntatē suā ordinare in bonū ducis & nō regis. aut econuerso. sed si dux ab ordine regis recedat: bona erit voluntas militis recedentis a voluntate ducis dirigentis voluntatē suam in regem. mala aūt voluntas militis sequentis voluntatem ducis contra voluntatem regis. ordo enim inferioris principij dependet ab ordine superioris. substantie aūt separate non solum ordinantur sub deo. sz vna etiam earum ordinatur sub alia a prima vsq; ad vltimam. (vt in secundo ostensum est). & quia in quolibet voluntate sub deo potest esse peccatum voluntatis si in sua natura consideretur. possibile fuit q̄ aliqua de superioribus. aut etiam suprema inter omnes peccaret secūm voluntatem. Et hoc quidem satis probabile est. non enim in suo bono quieuisset. sicut in fine nisi suum bonum valde perfectum esset. potuit igitur fieri q̄ de inferioribus aliqua per propriam voluntatem bonum suū ordinarent in ipsā recedentes a diuino ordine q̄ similiter peccauerunt. alie vero seruantes in motu sue voluntatis diuinum ordinem ab ordine peccatis quāuis superioris secundum nature ordinem recte recederēt. Quomodo vero in bonitate vel malitia immobiliter vtrūq; voluntas perseueret. (ostenditur in quarto). hoc enim pertinet ad penas vel premia bonorum vel malorum. hoc autem differt

capitulo

inter dominem ⁊ substantiam separatez q̄ in vno homine sunt plures appetitiue virtutes quarum vna sub altera ordinatur. quod quidem in substantiis separatis non contingit: vna tamen earum est sub altera. peccatum autem in voluntate contingit qualiter cūq; appetitus inferior deflectatur. ¶ Sicut igitur peccatum in substantiis separatis esset vel per hoc quod aliqua earum inferior deflecteretur ab ordine alicuius superioris. sub ordine diuino manente. ita in homine vno contingit peccatum dupliciter. Vno modo per hoc quod voluntas humana bonum proprium non ordinat in deum. quod quidem peccatum est commune sibi ⁊ substantie separate. Alio modo per hoc q̄ bonum inferioris appetitus non regulatur secundum superiorem puta quando delectabilis carnis in que concupiscibilis tendit voluntas nō fm ordinē rōnis. hmōi autē peccm nō p̄cingit in substātiis separatis eē.

¶ Solutio rationum premissarum. iio.

Ad q̄rtum p̄mas rationes factas in cap° 108.

¶ Jcergo hec q̄ obiecta sūt nō difficile est solvere. ¶ Nō.n. cogimur dicere q̄ error fuit in intellectu substantie separate iudicando aliquid bonum q̄ bonum nō fit. sed non considerando bonum superius ad quod proprium bonum referēdū erat: cuius quidem considerationis ratio potuit esse voluntas in proprium bonum intense conversa. est enim liberum voluntati in hoc vel in illud magis vel minus converti.

ad 5um ¶ Patet etiam q̄ non appetiit aliquod bonum nisi vnum quod est sibi proprium. sed in hoc fuit peccatum q̄ pretermisit superius bonum in quod debuit ordinari. sic enim in nobis peccatum est ex hoc q̄ bona inferiora scilicet corpora appetimus absq; ordine rationis. ita in diabolo peccatum fuit in hoc q̄ proprium bonum non retulit ad diuinum bonum.

ad 6um ¶ Patet etiam qō medium virtutis etiam pretermisit inquantum se superiori ordini nō subdit. ⁊ sic plus dedit sibi q̄ debuit. deo autem minus q̄ ei deberetur cui omnia debent esse subiecta vt prime regule ordinanti. Manifestum est igitur q̄ in peccato illo nō est pretermissum medium superabundantiam passiōis. sed solum per inequalitatem iustitie que est circa operationes. In substantiis enim separatis operationes esse possunt: passiones vero nequaquam. ¶ Nec ēt oportet q̄ si in superioribus corporibus nullus potest esse defectus q̄ propter hoc in substantiis separatis peccatum esse non posset. corpora enim ⁊ omnia: que ratione carent aguntur tantū: ⁊ non agunt seipsa. non enim sui actus dominium habent vnde non possunt exire a regula primi ipsa agentis ⁊ mouentis nisi per hoc q̄ rectitudinem prime regule sufficienter recipere non possunt quod quidem contingit ex indispositione materie ⁊ propter hoc superiora corpora in quibus indispositio materie locum non habet: nunquam a rectitudine prime regule deficere possunt. Substantie vero rationales siue intellectuales non tantum aguntur. Sed etiam agunt se ad proprios actus: qō quidem tanto magis inuenitur in eis quanto perfectior est ipsarum natura. quorum enim natura est perfectior est ⁊ perfectior eorum virtus in agendo. vnde nature perfectio non impedit quin peccatum in eis accidere possit modo predicto ex hoc scilicet quod seipsis inherent ordinem superioris agentis non attendentes.

¶ Qō speciali quadā rōne creature rationales diuine ꝓuidentie subduntur. iii.

ad 7um

Ex his quidē q̄ supra determinata sūt manifestū est qō diuina ꝓuidētia ad oia se extēdit. ex tm aliquez rōnē ꝓuidētie specialē obseruari circa intellectuales ⁊ rōnales naturas pre alias creaturas. ¶ Precellunt enim alias creaturas ⁊ in pfectōne nāe ⁊ in dignitate finis. in pfectōne quidē nāe. qz sola creatura rōnalis hz diuinū sui actus libere se agens ad operandū. cetere vō creature ad opa propria magis aguntur q̄ agūt. (vt ex supradictis pz). in dignitate aūt finis qz sola creatura intellectualis ad ipsum vltimū finē vniuersi sua operatōe pingit. s. cognoscēdo ⁊ amādo deū: alie vō creature ad finē vltimū pingere nō pnt nisi p aliquale similitudinis ipsius participationē. ois aūt rō opis variat ex diuersitate finis ⁊ cor q̄ operationi subiiciunt. sicut ratio operandi per partez diuersa est

ſm diuerſitatē finis ⁊ mē: aliter.n. opatur medicus ad egritudinē pellēdā ⁊ ad ſanitatē ꝓferēdā: atq; aliter in corpib⁹ diuerſimode cōplonatis: ⁊ ſiḿ oz in regimie ciuitatis diuerſam rōnē ordinis obſeruari ꝑz diuerſas conditiones eox qui ſubiiciunt regimini: ⁊ ꝑz diuerſa ad que ordinant: oz enīz aliter diſponi milites vt ſint ꝓparati ad pugnā: ⁊ artifices vt bene ſe habeant circa ſua opera. ſicut igitur ⁊ alia eſt ordinis rō ſecūdū quā creature rōnales ꝓuidentie diuine ſubduntur: ⁊ alia ſecundum quam ordinantur cetere creature.

¶ Oꝫ creature rōnales gubernant ſ ꝓpter ſe ipſas: alie vero in ordine ad eas. icit.

PRimum igitur ipa cognitio intellectualis nāe ſcḗm quā eſt dña ſui actus: ꝓuidētie curā regit qua ſibi ꝓpter ſe ꝓuideatur. alioꝫ vero cōditio q̄ nō bñt dñium ſui actus hoc indicat q̄ eis nō pp ipſa cura ſpendat: ſed velut ad alia ordinatis. ¶ Nō enim ab alio tātū agit rōnē iſtrumēti bz. qō vero ꝑ ſe agit bz rōnē principalis agentis. inſtrumentū aūt nō q̄rit ꝓpter ſeipſū: ſed vt eo principale agēs vtatur. vnde oz q̄ oīs eparōis diligētia que circa inſtrumenta adhibet ad principale agēs referat ſicut ad finē. Nō aūt circa principale agēs vt ab ipſo vel ab illo adhibet inquantū eſt principale agēs propter ipſum eſt. diſponunt ergo a deo intellectuales creature quaſi ꝓpter ſe procurate: creature vero alie quaſi ad rationales creaturas ordinate.

2 ¶ Adhuc q̄ dñium ſui actus habet. liberū eſt in agendo. liber.n. eſt qui ſui cā eſt. qō aūt quadā neceſſitate ab alio agit ad operandū. ſeruitutī ſubiectū eſt. omnis aūt alia creatura naturaliter ſeruituti ſubiecta eſt: ſola vero natura intellectualis libera eſt. in quolibet aūt regimine liberis prouidet ꝓpter ſeipſos. ſeruis aūt vt ſint in vſum liberorū. ſic igitur per diuinā prouidentiā intellectualibus creaturis prouidetur propter ſe ceteris autem creaturis propter ipſa.

3 ¶ Amplius quādocūq; ſunt aliqua ordinata ad finē aliquē. ſi qua inter illa ad finez pertingere nō p̄nt per ſeipſa: oz ea ordinari ad illa que finē cōſequunt que ꝓpter ſe ordinantur in finem. ſicut finis exercitus eſt victoria: quam milites conſequunt per ꝓprium actum pugnando: q ſoli ꝓpter ſe in exercitu querunt. Omnes aūt alii ad alia officia deputati: puta ad cuſtodiēdū equos ad operandū arma. ꝓpter milites in exercitu querunt. cōſtat aūt ex premiſſis finem vltimum vniuerſi deum eſſe quem ſola intellectualis natura conſequitur in ſeipſo cū ſcilicet cognoſcēdo ⁊ amādo. (vt ex dictis ꝑz). ſola igit intellectualis nā eſt pp ſe queſita in vniuerſo: alia aūt oia ꝓpter ipſam.

4 ¶ Item in quolibet toto partes principales propter ſe eriguntur ad conſtitutionem totius. Alie vero ad conſeruationem vel ad aliquam meliorationem earum. Inter omnes autem partes vniuerſi nobiliores ſunt intellectuales creature. quia magis ad ſimilitudinem diuinā accedunt. nature ergo intellectuales ſūt pp ſe a diuina ꝓuidētia ꝓcurate: alie vo oia pp ipſas.

5 ¶ Preterea manifeſtum eſt partes omnes ordinari ad perfectionem totius. Nō enim eſt totum propter partes: ſed partes propter totum ſunt. nature aūt intellectuales maiorem habent affinitatem ad totum cū alie nature. nam vnaquaq; intellectualis ſubſtantia eſt quodāmodo omnia inquantum totius entis comprehenſiua eſt ſuo intellectu. quelibet autem alia ſubſtantia particularem ſolam entis participationem habet. Conuenienter igitur alia propter ſubſtātias intellectuales prouidentur a deo.

6 ¶ Adhuc ſicut agitur vnūquodq; curſu nature ita natum eſt agi. ſic autem videmus res curſu nature currere. quia ſubſtātia intellectualis omnibus aliis vtitur. propter ſe ad intellectus perfectionem. quia in eis veritatem ſpeculatur: vel ad ſue virtutis executionem ⁊ ſcientie explicationem: ad modum quo artifex explicat artis ſue cōceptionem in materia corporali: vel etiam ad corporis ſuſtentationem: quod eſt vtuntum anime intellectuali: ſicut in hominib⁹ patet. manifeſtū eſt igit q̄ ꝓpter ſubſtātias intellectuales oīa alia diuinitus ꝓuident.

7 ¶ Amplius quod aliquis propter ſe querit. ſemper illud querit. Quod enim ꝓpter ſe eſt: ſemper eſt: quod vero aliquis ꝓpter illud querit non oz q̄ ſemper querat illud

sed fm q̄ cōpetit ei ꝓpter quod queritꝫ. eē aūt rerū ex diuina voluntate p̄fluxit. (vt ex superioribus est mānifestū). que igit sem per sunt in entibus sūt ꝓpter se a deo volita: que aūt non semp sūt: nō ꝓpter se: sed ꝓpter aliud subsistāre autē intellectuales ma xime accedunt ad hoc q̄ sunt semp ea sūt incorruptibiles. sunt aūt mutabiles solū fm electionē: ergo substātie intellectuales gubernant ꝓpter se: alie vero propter ipsas. Nō est aūt ei (q̄ p̄missis rationib⁹ est ostensum) .cōtrariū q̄ oēs p̄tes vniuersi ad p̄fectionē tot⁹ ordinant. Sic enī ad p̄fectionē tot⁹ oēs p̄tes ordinant inq̄ntū vne deseruit alteri: sicut in corpore humano apparet q̄ pulmo in hoc est de p̄fectōe corporis q̄ deseruit cordi. vnde nō est cōtrarium pulmonē esse ꝓpter cor et ꝓpter totū animal. Et sīr nō est cōtrariū alias nās esse ꝓp intellectuales et pp p̄fectionē vniuersi: si eni deessent ea que requirit substātie intellectualis p̄fectio nō esset vniuersum cōpletū. ¶ Similiter etiam p̄dictis non obuiat q̄ indiuidua sunt ꝓpter ꝓprias species: per hoc enim q̄ ad suas species ordinatur: ordinem hūt vtrimus ad intellectualem naturam: non enim aliquod corruptibiliū ordinatur ad hominem ꝓpter vnum indiuidū hominis tantū: sed ꝓpter totam humanā speciem. toti autē humane speciei non posset aliquod corruptibiliū deseruire nisi fm suam speciē totam: ordo ergo quo corruptibilia ordinant ad hominē requirit q̄ indiuidua ordinent ad speciem. ¶ ꝑ hoc aūt quod dicimus substantias intellectuales propter se a diuina ꝓuidentia ordinari: non intelligimus q̄ ipsa viterius nō referātur in deum et ad perfectionem vniuersi: Sic igitur propter se ꝓcurari dicuntur: et alia ꝓpter ipsa: quia bona que ꝓpter diuinam ꝓuidentiā sortiuntur non eis sūt data propter alterius vtilitatē: que vero alijs dantur: in eor vsum et diuina ordinatiōe cedunt. ¶ Hinc est quod dicitur Deutero. quarto. (Ne videas solē et lunam et cetera astra et erroze deceptus adores ea q̄ creauit dñs de⁹ tu⁹ in mi. tūc gē. q̄ sub ce. sūt). et in ps. dī. (Dia subie. sub pe. ei⁹. o. et bo. mi. insup et pe. campi). et Sap. xii. (Tu autē dominator virtutis cum tranquillitate iudicas et cuz magna reuerentia disponis nos). ¶ ꝑ hoc autem excluditur error ponentium homini esse peccatuz si animalia bruta occidat: ex diuina enim prouidentia naturali ordine in vsum hominis ordinantur. vnde absq̄ iniuria homo eis vtitur occidendo vel quolibet alio modo: propter quod et dominus dixit ad Noe Gen. 9. (Sicut olera virentia dedi vobis omnem carnē). ¶ Si qua vero in sacra scriptura inueniantur prohibentia aliquid crudelitatis in animalia bruta cōmitti: sicut de aue cum pullis non occidendo. hoc fit vel ad remouendū hominis animū a crudelitate in homines exercēda: ne aliquis exercendo crudelia circa brutа: ex hoc procedat ad homines: vel q̄z in tēporale dānum hominis pronenit animalibus illata lesio sine inferentia sine alterius. vel propter aliquā significationē: sicut apostolus exponit illud de non ligando ore bouis tritūrātis. ¶ Q̄ rationalis creatura dirigit a deo ad suos actus nō solū fm ordinē ad spēz: sz ēt fm q̄ congruit indiuiduo. iij.

Ex hoc autem apparet q̄ sola rōnalis creatura dirigitur a deo ad suos actus nō solū fm cōgruētiā speciei: sed etiā fm congruentiā indiuidui. ¶ Omnis enim res ꝓpter suam operationē esse videt: operatio enim est vltima perfectio rei: sic igitur vnū quodq̄ a deo ad suum actum ordinatur secundum q̄ diuine prouidentie subsistat. creatura autez rationalis diuine prouidentie subsistat sicut secundum se gubernata et ꝓuisa non solum ꝓpter speciem vt alie corruptibiles creature: q̄z indiuidū quod gubernatur solū ꝓpter spēm non gubernat ꝓpter seipsuz: creatura aūt rōnalis ꝓpter seipsuz gubernat. (vt ex dictis mānifestū est). sic igit sole rōnales creature directōez a deo ad suos act⁹ accipiūt: nō solum ꝓp speciē: sed fm indiuiduum.

2 ¶ Adhuc quecunq̄ directionem habent in suis actibus solū fm q̄ pertinet ad speciē non est in ipsis agere vel non agere: que enim consequuntur speciem sunt communia et naturalia omnibus indiuiduis sub specie contentis naturalia autem non sunt.

Exclu° erro.

Aug. e. scriptu.

in nobis si igit̄ bō haberet directionem ꝛ
suis actibus solū ſm cōgruentiā ſpēi: non
esset in ipso agere vel non agere: sed oporte
ret ꝙ sequeret inclinationē naturalem to
ti speciei cōmunē vt cōtingit in oibus irra
tionalibus creaturis. Manifestū est igit ꝙ
rationales creature actus directionem ha
bent non solum secūdum speciem: sed etiā
secundum individuum.

3 ¶ Amp̄. sicut. (supra ostēsum est). diuina
prouidentia ad oia singularia se extēdit etiā
minima: quibuscūq; igit̄ sūt alique actōes
preter inclinationes speciei: oportet ꝙ per
diuinā prouidentiā regulentur in suis acti
bus preter directionem que pertinet ad
speciem. Sed in rationali creatura appa
rent multe actiones ad quas non sufficit
inclinatio speciei cuius signum est ꝙ non
similes sunt in omnibus: sed varie in diuer
sis: oportet igitur quod rationalis creatu
re dirigat a deo ad suos actus nō solū se
cundum speciē: sed etiā ſcōm individuum.

4 ¶ Item deus vnicuiq; nature prouī
det secundum ipsius capacitatem: tales
enim singulas creaturas condidit quales
aptas esse cognouit vt per suam guberna
tionem peruenirent ad finem. Sola autē
creatura rationalis est capax directionis
qua dirigitur ad suos actus non solum se
cundum speciem: sed etiam secundum in
diuiduum. habet enim intellectum ꝛ ratio
nem vnde percipere possit quomodo di
uersimode sit aliquid bonum: vel malum
secundum ꝙ congruit diuersis individuis
temporibus ꝛ locis: sola igitur creatura ra
tionalis dirigitur a deo ad suos actus:
non solum secundum speciem: sed etiam se
cundum individuum.

5 ¶ Ꝓre. creatura rationalis sic diuine ꝓ
uidētie subiacet quod nō solū ea gubernat
sed etiā rationē prouidētie vtcunq; cogno
scere potest. vnde sibi competit etiam alijs
prouidentiam ꝛ gubernationem exhibere:
quod nō contingit in ceteris creaturis que
solum prouidentiam participant inquan
tum prouidentie subduntur. ¶ Per hoc aūt
ꝙ aliquis facultatem ꝓuidendi habet: po
test etiam suos actus dirigere ꝛ guberna
re: participat igit̄ rationalis creatura diui
nam prouidentiam non solum ſm sui guber
nari: sed etiaz ꝑz gubernare. Gubernat. n.
se in suis actibus ꝓpriis ꝛ etiam alia: oia
aūt inferiora ꝓuidentie diuine prouidentie
subdit q̄ si supreme: gubernatio igit̄ actuaz
rationalis creature inquantum sunt actus
personales ad diuinā ꝓuidentiam ptinet.

6 ¶ Ite actus personales rōnalis creatu
re sunt ꝓprie act⁹ q sūt ab ia rōnali. aia
sūt rōnalis nō solū ſm spēm est ꝑpetuita
tis capax sicut alie creature: sed et ꝑz idiui
duū: actus ergo rōnalis creature a diuina
ꝓuidētia diriguntr nō solū ea rōne qua ad
spēm pertinent: sed etiā inquātū sunt ꝑso
nales act⁹. ¶ Hinc est ꝙ licet diuine ꝓui
dentie oia subdantur: tamen in scripturis
sacris spāliter ei bouum cura attribuitur Auc. s.
ſm illud ps. (Quid est homo q̄ memor scripta.
es eius: aut fi. bo. q. re. eum). ꝛ. i. Lorin. 9.
(Numquid deo cura est de bobus). que q
dem ideo dicuntur quia de humanis acti
bus deus curam habet: non solum prout
ad speciem pertinent: sed etiam secundum
ꝙ sunt actus personales.

¶ Qd̄ diuinitus boibus leges dant. li4.

EX hoc autem
apparet ꝙ necessariū fuit bōi
diuinit⁹ legez dari. Sicut. n.
actus irrōnalium creaturaꝝ
diriguntur a deo ea ratione qua ad speci
em pertinent: ita actus hominum dirigun
tur a deo secundum ꝙ ad individuum per
tinent. (vt ostēsum est). sed actus creatu
rarum irrationaliuz prout ad speciem per
tinent diriguntur a deo quadam natura
li inclinatione: que naturam speciei conse
quitur: ergo supra hoc dandum est aliqd
hominibus quo in suis personalibus acti
bus dirigantur: ꝛ hoc dicimus legem.

2 ¶ Adhuc rationalis creatura vt dictum
est sic diuine prouidentie subditur ꝙ etiaz
similitudinem quādam diuine prouiden
tie participat inquantum se in suis actib⁹
ꝛ alia gubernare pōt: id autem quo aliquo
rum actus gubernant dicitur lex: cōmen
suis igitur fuit a deo hominibus legē dari.

3 ¶ Item cum lex nihil aliud sit q̄ quedā
ratio ꝛ regula operandi: illis solum conue
nit dari legem qui sui operis rationem
cognoscunt: hoc autem conuenit solum

rationali creature. soli igitur rationali creature finit conueniens dari legem.

4 ¶ Preterea illis danda est lex in quibus est agere et non agere. hoc autem conuenit soli rationali creature: sola igitur rationalis creatura est susceptiua legis.

5 ¶ Amplius cum lex nihil aliud sit q̄z ratio operis. cuiuslibet autem operis ratio a fine sumitur ab eo vnusquisq; legis capax suscepit legem a quo ad finem perducitur sicut inferior artifex ab architectore: et miles a duce exercitus. Sed creatura rationalis finem suum vltimum in deo et a deo cōsequit. (vt ex supioribus patet). fuit igitur conueniens a deo legez hominibus dari. ¶ Hinc est q̄ dicitur Jere. xi. (Dabo legem meā in visceribus eorū). Et Osee 8. (Scribam ei multa legime).

Auc. scripture.

¶ Q̄ lex diuina principaliter ordinat hominem in deum. cap. xv.

EX hoc autem sumi potest ad quid lex diuinitus data principaliter tendat. ¶ Manifestum est enim quod vnusquisque legislator ad suum finē principaliter per leges homines dirigere intendit: sicut dux exercitus ad victoriam et rector ciuitatis ad pacem. finis autē quē deus intēdit est ipsemet deus lex igit diuina hominē principaliter in deū ordinare intēdit.

2 ¶ Adhuc lex sicut dictum est: est quedaz ratio diuine prouidentie gubernantis rationali creature proposita. Sed gubernatio prouidentie dei singula ad proprios fines ducit. ¶ Per legem igitur diuinitus data homo ad suum finem precipue ordinatur. Finis autem humane creature est adherere deo: in hoc enim felicitas eius consistit. (vt supra ostensum est). Ad hoc igitur principaliter lex diuina homines dirigit vt deo adhereat.

3 ¶ Amplius intentio cuiuslibet legislatoris est eos quibus legez dat facere bonos vnde precepta legis debent esse de actibus virtutum: illi igitur actus a lege diuina precipue intendunt q̄ sūt optimi: sz iter oēs humanos actus illi sunt optimi q̄bus hō adheret deo vtpote fini ꝓpīquores: q̄ ad hos actus ꝓcipue lex diuina ordinat homines.

4 ¶ Itē illud precipuum debet esse in lege et quo lex efficaciā hz: sed lex diuinitus data et doctrina apud homines efficaciam habet q̄ homo subditur deo: non. n. aliquis alicuius regis lege arceretur qui ei subditus nō est: hoc igitur ꝓcipuū in diuina lege esse oz vt mens humana deo adhereat. ¶ Hinc est quod dicit Deuter. x. (Et nūc israel q̄d dominus deus tuus petit a te nisi vt timeas dominum deum tuū. et ambules in viis eius: et diligas eum: ac seruias dño deo tuo in toto corde tuo: et in tota anima tua).

¶ Q̄ finis legis diuine ē dilectio dei. cap. xvi.

VIa vero in tentio diuine legis ad hoc ꝓncipaliter est vt homo deo adhereat. homo autem potissime adheret deo per amorem. necesse est q̄ intentio diuine legis principaliter ordinetur ad amandum. ¶ Quod autē per amorem homo maxime deo adhereat manifestum est. ¶ Duo enim sunt in homine quibus deo pōt adherere: intellectus scilicet et voluntas. nam secundum inferiores anime partes deo adherere nō pōt: sed iferioribus rebus. adhesio aūt que est per intellectum cōpletionē recipit per eam que est voluntarie: q̄ per voluntatē hō quodāmodo gescit in eo q̄ intellectus apprehēdit. voluntas autē adheret alicui rei vel propter amorez vel propter timorem: sed differenter. naz ei quidem cui inheret propter timorē inheret propter aliud: vt. s. euitet malū: q̄ si nō adhereat ei imineret: ei vero cui adheret ꝓpter amorē adheret pp seipsuz: q̄ aūt est ꝓpter se principaliter est eo quod est propter aliū. Adhesio igitur amoris ad deum est potissimus modus ei adherendi: hoc igitur est potissime intentum in diuina lege.

2 ¶ Item finis cuiuslibet legis et precipue diuine est homines facere bonos. Homo autem dicitur bonus ex eo q̄ habet voluntatem bonam per quam reducit in actum quicquid boni in ipo ē. volūtas aūt bona ē ex eo q̄ vult bonū. et ꝓcipue maximum bonum quod est finis: quāto igitur huiusmōi bonum magis volūtas vult: tanto magis hō est bonus: sed magis vult hō id q̄ vult pp amorē q̄ id q̄ vult pp timorē tantuz.

vt dicit phs 3°. ethi. ca° 2°.

Nam quod vult propter timorem tantus dicitur mitius in voluntario: sicut aliquis vult in mari iactionē mercium pp timorē: ergo amor summi boni. s. dei maxie facit bonos. & est maxime itentū in divina lege.

3 ¶ Preterea bonitas hominis est per virtutem: virtus. n. est que bonū facit habentem. vñ & lex intēdit homines facere virtuosos & precepta legis sunt de actibus virtutum: sed de conditione virtutis est vt virtuosus & firmiter & delectabiliter operetur: hoc ārō facit maxime amor. nam ex amore aliquid firmiter & delectabiliter facimus. amor igitur boni est vltimus intētus in lege divina.

4 ¶ Adhuc legislatores ipserio legis edite mouent eos quibus lex datur. in omnibus aūt que mouentur ab aliquo primo movente tanto aliquid perfectius movetur quanto magis recipiat de motione primi moventis & de similitudine ipsius. Deus autē qui est legis divine datur omnia facit propter suum amorem. qui igitur hoc mō tendit in ipsum. s. amādo: perfectissime movetur in ipsum: omne autem agens intendit perfectionem in eo quod agit: ō igitur est finis totius legislatoris: vt homo deū amet.

Auc.s. scriptu.

¶ Hinc est quod dicitur. 1. Thimo. primo. (Finis precepti caritas est). & Matthe. 22. dicitur q primum & maximū mandatum in lege est. (Diliges dominum deum tuū). Inde est quod lex nova tanquam perfectior dicitur lex amoris. lex autem vetus tanquam imperfectior: lex timoris.

¶ Ō lege divina ordinamur ad dilectionem proximi. 117.

Ex hoc autem

sequit q divina lex dilectionē primi intēdat. ¶ Ō3 enim vnionē esse affectus iter eos quibus est vnus finis cōis. cōiungunt aūt homines in vno vltimo fine beatitudinis ad quem divinitus ordinantur: oportet igitur q vniant homines adinuicē mutua dilectiōe.

2 ¶ Adhuc quicūq3 diligit aliquē. hoc est vt ēt diligat dilectos ab eo & eos q cōiuncti sunt ei. homines aūt dilecti sunt a deo quibus suipsius fruitionē quasi vltimus finē prediſposuit: oportet igit vt sicut aliquis sit dilector debita cuiuſ fiat dilector proximi.

3 ¶ Amp. cum homo sit naliter animal sociale indiget ab alijs hominibus adiuuari ad consequendum propriū finem: quod cōuenientissime fit dilectiōe mutua inter homines existente: ex lege igitur dei que homines in vltimum finem dirigit precipitur in nobis mutua dilectio.

4 ¶ Item ad hoc quod homo diuine vacet indiget tranquillitate & pace: ea vero q pacem perturbare possunt precipue per dilectionem mutuam tolluntur: cum igitur lex diuina ad hoc ordinet homines vt diuinis vacent: necessarium est q ex lege diuina in hominibus mutua dilectio procedat.

5 ¶ Preterea lex diuina proferitur homini in auxilium legis naturalis. est autē omnibus hominibus naturale vt seinuicē diligant. Cuius signum est q quodam naturali instincta homo cuilibet homini etiam ignoto subuenit in necessitate puta reuocādo ab errore vie: erigendo a casu & alijs huiusmodi ac si omnis hō omni homini eēt familiaris & amic⁹: igit ex divina lege mu- Auc.s. tua dilectio hominibus precipit. ¶ Hinc scriptu. est quod dicitur Joan. 15. (Hoc est preceptum meum vt diligatis inuicem). Et primo Joan. quarto. (Hoc mandatum habemus a deo: vt qui diligit deum: diligat & fratrem suum). & Matthe. 22. dicit. q scōm mandatum est. (Diliges proximū tuū tāq). ¶ Ō3 per divinam legem homines ad rectam fidem obligantur. 118.

Ex hoc autem

apparet q per divinam legē homines ad rectam fidē obligantur. ¶ Sicut enim amationis corporalis principium est visio que est per oculum corporalem: ita etiam dilectionis spiritualis initium esse oportet visionem intelligibilem diligibilis spiritualis. Visio autem illius intelligibilis spiritualis quod est deus in presenti haberi nō potest a nobis nisi per fidem eo q naturalem rationem excedit: & precipue secūdum qō in eius fruitione nra beatitudo cōsistit: igit ex lege divina in fidem rectā inducimur.

2 ¶ Itē lex divina ad hoc ordinat homines vt sit totaliter subdit⁹ deo ſz fit hō subdit deo amādo q̄tū ad votūtatē. ita subdit deo cre

dendo quantū ad intellectū:non aūt credēdo aliqd falsū:qa a deo qui est veritas nullum falsum hominī ꝓponi pōt.vñ qui credit aliqd falsū nō credit deo:et lege igitur diuina ordinant homines ad fidē rectam.

¶ Adhuc quicūqz errat circa aliquid qđ est de essentia rei:non cognoscit illam rem sicut si aliquis apprehenderet animal rationale estimans hoc esse hominē non cognosceret hominem.secus autez esset si erraret circa aliquod accidentium eius t sed in compositis qui errat circa aliquod principiorum essentialium: t si non cognoscat rem:simpliciter tamen cognoscit eam secundum quid sicut qui estimat hominem esse animal rationale cognoscit eum secundum genus suum. In simplicibus autem hoc non potest accidere:sed quilibet error totaliter excludit cognitionem rei. Deus autem est maxime simplex:ergo quicunqz errat circa deum non cognoscit deum: sicut qui credit deum esse corpus nullo modo cognoscit deum:sed apprehendit aliqd aliud loco dei. Secundum autē ꝙ aliquid cognoscitur secundū hoc amatur t desideratur:qui ergo errat circa deum:nec amare potest deum nec desiderare ipsum vt finē:cū igit lex diuina ad hoc tēdat vt homines amēt t desiderēt deū oz ꝙ ex lege diuina homines obligent ad rectā fidē hābā de deo.

4 ¶ Amp.falsa opinio ita se habet in itelligibilib⁹ sicut vitiū virtuti oppositū in moralibus.nā bonū intellect⁹ est verū. sed ad legē diuinā pertinet vitia ꝓhibere:ergo ad eam etiā p̄net falsas opiniones de deo t de his que sunt dei excludere. ¶ Hinc est

Auc.o. scripta. qđ dr Hebre.xi.(Sine fide ipossibile est placere deo).t Deuter.6.(Aūdiz alia p̄cepta legis ponantur prestituitur recta fides de deo).cū dr.(Audi israel:dña deus tuus est).

Exclu° mo. Per h° autez excluditur error quorundā dicentiū ꝙ nihil refert ad salutem hois cum quacunqz fide seruiat deo.

¶ Ex per quedā sensibilia mens nostra dirigit in deum. ioi9.

Via vero cōsiderare est bōi vt p sēsus cognitionez accipiat:t difficillimū ē sensibilia transcēdēte:quisquis est diuinitus homini vt etiam in sensibilibus rebus diuinoz ei cōmemoratio fieret vt p hoc hois intētio magis reuocaretur ad diuina. Ille etiaz cuius mens nō est valida ad diuina in seipsis cōtemplanda:t ꝓpter hoc institute sunt sensibilia sacrificia que homo deo offert:nō ꝓpter hoc ꝙ deus eis indigeat:sed vt representet hōi:qđ seipsuz t oia sua debet referre in ipsum:sicut in finem t sicut in creatorem t gubernatorem t dominuz vniuersoz. Adhibent etiā hōi quedā sanctificationes per quasdā res sensibiles quib⁹ homo lauatur:aut vngit:aut pascatur:aut potatur cum sensibilium verborum prolatione vt hominī representetur per sensibilia:intelligibilium donorum processum in ipso ab extrinseco fieri t a deo: cuius nomen sensibilibus vocib⁹ exprimitur. ¶ Exercentur etiam ab hominibus quedā sensibilia opera:non quibus deum excitent:sed quibus seipsi prouocent in diuina:sicut prostrationes genuflexiones:vocales clamores:t cantus:que non fiunt quasi deus his indigeat:quia omnia nouit: t cuius voluntas est immutabilis t affectū mētis t etiam motum corporis non propter se accipiat:sed propter nos facimus: vt per hec sensibilia opera intentio nostra dirigatur in deum t affectio accendatur: simul etiam per hoc deum profitemur auctorem cui t spiritualia t corporalia obsequia exhibemus. ¶ Propter hoc nō est mirum si heretici qui corporis nostri deum esse actorē negant:huius corporalia obsequia deo fieri reprehendunt.

¶ In quo etiā apparet ꝙ se homines esse non meminerunt dū sensibilium sibi representationem:necessariam non iudicant ad interiorem cognitionem t affectionē.naz experimento apparet quod per corporales actus anima excitatur ad aliquam cognitionem vel affectionem. vnde manifestum est conuenienter etiaz corporalibus quibusdā nos vti ad mentis nostre elevationem in deum. In his autem corporalibus deo exhibendis cultus dei consistere dicitur.

¶ Illa enim colere dicimur quibus per nostra opera studium adhibemus. Circa deum autem exhibemus studium nostro actu:non quidem vt proficiamus ei: sicut

